





VII
INSTITORIS
TRACTATUS
ET
SERMONES
171
INCUNABULI
M
6
6
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
NORIMBERGA
1493











Tractatꝰ varij cū sermōibꝰ

plurimis cōtra quattuoꝛ erroꝛes nouissi
me exoꝛtos aduersus diuinissimū eucha-
ristie sacramētū: collecti a lectoꝛe ecclesie
Saltzburgen̄. sacre pagie ꝓfessoꝛe: ac he
retice prauitatis inquisitoꝛe: fratre Hein
rico Institoꝛis: oꝛdinis p̄dicatoꝝ.



Prologus in opus sermonuz aduersus q̃ttnor errores cõtra veritatẽ eucharistie sacramẽti iam in tẽporibus friuole malignãtes: collectuz p frẽm Heinricũ institoris: sacre pagine humilẽ pfessorez: ac ecclesie Saltzburgeñ. lectorẽ ordinis p̃dicatoꝝ.

Um reprobãda sit illoꝝ arrogãtia q̃ pri⁹ docere p̃sumũt q̃ discere incipiant: ⁊ anteq̃ fiãt discipuli nomen affectant magistri. quo fit vt ⁊ magistri manẽt erroris: q̃ discipuli noluerũt esse veritatis: ꝓphetico in eis cõpleto eulogio. Errauerunt ceci in plateis: polluti sunt sanguine Treñ. iiij. qa videlicz in scripturis claris ⁊ manifestis dũ deficiunt: etiã doctoꝝ sententias in eoꝝ libitũ ⁊ subuersionẽ simpliciũ extraneis ⁊ exorbitãtibus sentẽtijs inuoluũt. Cecus em̃ existit non soluz cui absens est visibile obiectũ: ȝ q̃ p̃sente obiecto nõ potest habere visiõis actũ. Unde cum aduersus eucharistie sacramentũ iam nouissime quatuor errores pernitiosissimi pullularunt: vtpote eorum qui ipsum diuinissimũ eucharistie sacramentuz sub conditione omni loco ⁊ tempore esse adorandum ⁊ sumendũ: tam a ꝯficientibus sacerdotibus q̃ alijs cõmunicantibus: nisi diuina obstaret reuelatio. Et secundo eoruz qui miraculosum sacramentũ vbi imago aliqua pueri: aut forma cruoris aut sãguinis appareret in hostia nõ esse verum aut perfectum sacramẽtum autumãt: pro fundamento habentes q̧ cessante specie cessat sacramentum. Ac tertio eorum qui veritatem sacramẽti ad quãlibet spẽi sacramẽtalis imutationẽ esse negant Cum q̃rta opiniõe qui solũ contritos ⁊ nullo modo attritos tã in altaris mysterio q̃ ab extra asserũt etiã de lege cõi esse cõicãdos ex pietate potius q̃ temeritate errãtes. Cũ autem inter hos errores primus pernitiosior cunctis alijs existat: vtpote robur ⁊ fundamẽtuz ceteris prebens. habeatq̧ in sui defensionẽ nõ personam vnam aut plures: imo vt plures asserunt integram quãdam religionẽ: etiam ad penam ignis aduersum me se obligãtem: aptissime ꝓpheticum dictum supra allegatuz eis obijcitur. Errauerũt ceci in plateis polluti sunt sanguinem: supple agni imaculati sub sacramento altaris existentis. cui pnitiose detrahere non verentur: dũ asserũt christi corpus ⁊ sanguinem in sacramento altaris solum sub cõditione deberi a q̃libet fideli venerari et sumi vbi reuelatio diuina non obstaret. Quare et ego inter inquisitores heretice prauitatis ab apostolica sede deputato in fidei defensionez minimus: grauamine etiam officij lectoratus sancte Saltzburgeñ. ecclesie nõ obstãte. ne videar cum seruo pigro talentum panno inuoluere per desidiam mentis: vel fodere in terram per negligentiam operis: proposui quattuor premissis erroribus reprobatis: opus quoddam sermonum



de ipso diuinissimo eucharistie sac-
mēto ānectere: ⁊ rudi stilo clarā ve-
ritatē tradere: ne subtilitas verborū
obscuritatē inducat. sub tali tñ ordi
ne vt ꝑmo opusculū erroneū ab ad
uersarijs mihi porrectuz ꝑmittať: ⁊
demū eius reprobatio ꝑ catholicaz
replicā cum collectura sermonū. et
⁊ impugnatōe alioꝝ erroꝝ triū sub-
inferať. Verū ꝙ tabulā in tractatū
aduersarioꝝ ꝓut in collectura ſmo
num factū est ānectere nō valui: cau
sante hocipm opis aduersarioꝝ in-
epta collectio: vbi sepe eandez erro-
neam sententiā repetitis vicibus re
plicare voluerūt. quare eorū dicta ꝑ
lrās alphabeti cū replica nostra ca-
tholica correspōdente tanꝗ̄ ꝓ tabu
le ānotare volui. vt vel sic clarior ha
beať recursus in fidei cōseruationē
⁊ erroris tam ꝑniciosi cōfutationez.
Qḋ opari dignetur ille in cui⁹ virtu
te me cōfido ꝑficere: sine cui⁹ gratia
h̄ opa ꝗuis modica minime potuis
sem incepisse.

Tractatus erroneus qḋ eu charistia sit sub cōditōe adorāda omni loco et tēpore ⁊c̄. cum suo ꝓlogo.

Groꝝ quidam cultor suis
a cum duob⁹ filijs in quodā
paruo nemore rurali folia
arboꝝ tūc arefacta hincinde sub ar-
boribus ⁊ vepꝛib⁹ dispersa colligēs
vn⁹ ex eius filijs duo vasa sacramē-
talia arboꝝ folijs inuoluta sub vepri
bus casu repperit: ex q̄daz eccl'ia ab
isto loco nō multū distanti: fere an-
te ānos tres furtim ablata ⁊ illuc de
portata ⁊ posita. vnū in quo sacr̄m
eucharistie ꝓ infirmis in eccl'ia ſua-
ri solet. reliquū v̓o ꝓ sacramento in
die corpis christi deferēdo aptatuz.
Que cum pater ꝑ filiū aduocat⁹ vi-
disset: intacta ea relinquēs festinan-
ter abijt: ꝓuisori ecclesie vicini rem
denudauit. qui locū adiēs vbi talia
repta fuerant: agricultorē verum re
tulisse agnouit. Sed ⁊ ipē hec in lo
co dimittens: ⁊ agriculorū custodie
cōmittens: ad hauriendū cōsilia q̄d
sibi in hac re agēdū foret iter arripu
it. nec cuiꝗ̄ ꝑter hos res h̄ nota fu-
it. Cum v̓o trāsactis diebus quibus
dam redijsset ⁊ vasa cauti⁹ inspexis-
set: sacramētū eucharistie in vno exi
stere ꝓclamans. lapisꝗ̄ ꝯsecrat⁹ pro
viatico habere solit⁹ tandē vasi sup
ponebať: prius tñ tectus lintheolo
lineo. Hec etiā vasa primū edificio
lo quodā ligneo. post v̓o aliquoruz
diebus decursis sepecula ampliori
circūdabantur. adhibebanť ⁊ custo-
des: q̄ ne quid illiciti ibi cōmittereť
ꝓhiberent. Aduenientiꝗ̄ ppl'o q̄ co-
piose cōcurrebat: verū corpus chri-
sti hic cōtineri veraciter denūciarēt.
qḋ ⁊ fecerūt. Fuerūt deniꝗ̄ lumia-
ria ibidem ardētia ordinata. Ipi q̄z
sacerdotes in ambone ecclesie hoc
idez populo publice ꝓnūciarent. et
vt in ecclesiā portareť insinuauerūt
qui tñ ab eis reuocat⁹ fuit: cōcursus
tñ populi indies augebať. His sic
durātib⁹ post aliq̄t dies nūcij missi
ab epō Patauieñ. venerūt: quid ve-
ritatis hec res h̄ret examiare volen-
tes: ⁊ aptis vasis hostiaꝝ corrupta-
rum reliquias in vno existere ppl'o
ibidē existēte dixerūt. Quo facto ꝑ-
noiati viri edificiolū destrui: lumia
ria extingui: vepres in quibus vasa
stabāt succidi. Nec gratia alicuius

cultus et adoratõis locũ istũ a pp̄lo ampli⁹ sub pena excõicatõis visitari. Sicq̧ abeuntes vasa secũ deferebãt et in ecclesiã vicinã ponebãt.

His sic pactis surrexerũt sacerdotes quidã q̄ publice p̄dicabãt oẽs et singulos q̄ in hũc locũ venerũt vbi corpus xp̄i ex sacerdotũ dispositõe et custodum clamore vt supra in casu facti exp̄ssum. q: veraciter cõtineri videbat nõ venerãdi illud venerabile corp⁹ xp̄i: adorasse diabolũ. vepres. arbores. rubiginẽ vasoꝝ et plura alia. Locũq̧ istũ vocabãt locũ ranaꝝ. speluncã latronũ. hereticoꝝ. lupoꝝ. vulpiũ et pluriũ alioꝝ: qb⁹ populus magis videbatur derideri q̄ fideliter et pie admoneri. Et sic culpam in sacerdotes amaricat⁹ refundebat.

Occasione itaq̧ hui⁹ facti ac p̄dicatõe q̄stio oriebat inter sacerdotes quosdã: vtꝝ popul⁹ qui sic cõuenerat ad adorãdum corpus xp̄i qd ibi dem esse credebat adorãdo peccauerit: vel nõ: Et hoc semp loquẽdo de de tp̄e quo durabat illa solẽnitas. et p̄missis vel potius admissis: de q̄ supra in casu facti: hoc est a tẽpore publicatõis sacerdotũ vsq̧ ad sublationem vasoꝝ p eos q̄ ab episcopo fuerũt missi.

A Secũda questio vtrũ hostie in ecclesia a sacerdotibus i missis eleuate vel ad infirmos delate seu in ecclesijs p infirmis s̄uate q̄ credunt esse ꝯsecrate sit ita vel nõ: sint simpl'r vel ꝯditional'r cultu latrie adorande: sc̄ referẽdo cultũ latrie in xp̄m sub speciebus sacramẽtalib⁹. Et cũ ex illa p̄ima resolut habeat ad illã secũdã p̄mo r̄ndendũ est. Dicendũ est ita q̄ p̄mo hostiã quã q̄s scit nõ eẽ ꝯsecratã null⁹ adorabit: nec xp̄s sub ei⁹ spẽb⁹ credẽd⁹ est: nec adorãdus.

B Secũdo hostiã quã quis scit rite esse cõsecratã adorãda venit xp̄usq̧ sub eius spẽb⁹ s̄m hũanitatẽ cõtineri credi d3 et adorari nll'a adiecta cõditõe. Sũt aũt hoc sciẽtes pauci q̄s de⁹ sp̄al'r illuminauit a se in iuuẽtute aut p angelos: aut alios s̄m modũ sue bonitatis et p̄uidẽtie.

C Tertia hostia quam sacerdos verus vel apparẽs in altari sacral'r tractari i custodia p infirmis s̄uari seu ad eos solẽniter defert sub ꝯditõe ẽ adorãda. et corp⁹ xp̄i sub ea eẽ credi debet sub cõditiõe et adorari: hac sc3 vel ꝯsil'i exp̄ssa vel tacita: si cõsecratio rite et debite s̄m institutõem xp̄i et eccl'ie fuerit celebrata.

C Per ꝯditionẽ addendã seu h̄ndã intelligibilis vel actualis: mentalis sola vel habitualis sola. ita q̄ q̄cũq̧ illaꝝ adest cũ addi debeat sufficit diuisim nisi negociũ insolitum aliud requirat.

C Per cõditionẽ non addendã vel non habendã oẽs simul actualis et hitualis copulatim excluse sunt habende. Ita cũ d3 in adoratiõe sacramẽti altaris nulla addi debet conditio ab adorante exclusi: sicut actualis et habitualis.

C Item supius cum mẽtio fit de hostia adorãda: et postea alia fit mẽtio de xp̄o et eius corpe: hostia ibi p speciebus debet esse accepta que in sacramẽto altaris non cultu latrie: s̄; hypdulie per hydula adorant: s̄m Petrũ de aquila in. iij. dist. ix. Et vt credo scd̄m Petrum de palude. eadem distinct. iij.

C Cōditio sic addita addentē in sua fide non facit dubiū nec infidelē: eo ꝙ nō facit eū dubiū directe in his q̄ cadūt sub falso. non em̄ dubitat addens cōditonē expꝛesse vl̄ implicite xp̄ꝫ ⁊ coꝛp⁹ ei⁹ sb̄ spēb⁹ pāis facta debita ꝯsectōē esse. nec ad hoc refertur cōditio: ꝫ referꝛ ad debitā cōsecrationē hostie: quā cōsecrationē debitā nō credere teneoꝛ fuisse factā a sacerdote. imo possū dubitare vel opinari de ea actu vl̄ habitu sine piclo aīe an ipse sacerdos singula ⁊ oīa obseruāda obꝛuauerit. Faciꝗꝫ talis ꝯditōis additio p̄cauere ne credēs false credat circa ea q̄ cadunt sub fide: puta id eē coꝛp⁹ christi qḋ sub speciebus panis cōtineꝛ in casu quo non fuisset facta debita cōsecratio. pariꝛ ⁊ a cultu latrie creature impēdēdo: q̄ oīa ꝯtigerēt cōditio sꝰ exclusa simpliciꝛ habereꝛ. Nec videꝛ habitus fidei sufficere ad h̄ p̄cauenduꝫ. qꝛ al's xp̄ian⁹ nō posset ydolatriā cōmittere ⁊ false credere creaturā eē deum simpl'r adoꝛādo: eo ꝙ talis habit⁹ fidei sp̄ sufficeret ⁊ vicē cōditōis suppleret actualis vl̄ hitual'. Et nō dico de agente ex hitu fidei: ꝫ ex le. ar. Et sic doctoꝛes sup̄flue tradidissent de cōditōib⁹ addēdis expꝛesse vl̄ tacite si talia oīa possent p̄caueri ꝑ hitū fidei ⁊ ī eaꝫ reduci. imo sub hitu fidei nō ꝯtineꝛ: ꝫ supponunꝛ ab eo. nec alie circūstātie ad consecrationē req̄site adsunt.

D Videꝛ em̄ ꝙ possit hec addi cōditio: si sub hostia hac xp̄us ē sacraliꝛ eū dē sub eadē adoꝛo. Nec ista cōditio sic addita facit dubiū in fide. q̄a hō nō tenetur credē xp̄m sacral'r esse sub hostia cōsecrata vt s̄. Nec sequitur ꝙ ex hac cā possit circa vnāquāꝗꝫ rem dicere si tu es xp̄us te adoꝛo. qꝛ nō q̄libet talis res ē cōsecrabilis vel sl̄lis rei cōsecrabilis.

Hāc cōditionē si q̄s in adoꝛatiōe apponeret actual'r vl̄ habitual'r credere fidei obuiare si christ⁹ ⁊ ei⁹ coꝛpus ē sub hostia debite cōsecrata et nō coꝛrupta sacral'r vl̄ ꝯsil'eꝫ eundeꝫ sub eadē adoꝛo ille male sentiret cū Beꝛlengario. de q̄ de cōse. di. ij. ego Beꝛlengari⁹ ⁊c̄. D

Itē incaute videnꝛ loq̄ q̄ in publico tradūt simpl'r nullā ꝯditionē circa sacralia altaris vera vel estimata hn̄dā: ꝫ simpl'r credere xp̄m ⁊ coꝛp⁹ ei⁹ simpl'r sub spēb⁹ panis cōtineri: ⁊ eūdeꝫ sub eisdē simpl'r adoꝛari. sic em̄ purā creaturā ꝓ xp̄o adoꝛabūt: aut eū false ⁊ sup̄stitiose sacral'r adorabūt ī casu q̄ deesset debita ꝯsecratio. nec conditio eos releuaret: eo ꝙ ex doctrina publica eā simpl'r exclusam hn̄t. Dicūt p̄dicatoꝛes simpliciter sine oī cōditiōe credatis indubie xp̄m ⁊ ei⁹ coꝛp⁹ eē sub spēb⁹ hostie ꝑ sacerdotē ōnse ⁊ reuerēter cultu latrie adoꝛate. vbi tn̄ aliq̄tiēs nil cōsecratū est. Interdū hostia dūtaxat cōsecraꝛ ⁊ non calix: vt etiā q̄si indies cōtingit. Ecce quō credūt ⁊ adoꝛabūt sic exclusa oī ꝯditōe. ⁊ ad q̄d valet doctoꝝ de ꝯditōib⁹ traditio si sic ab auditu ppl̄i abscōdūꝛ: Aiūt em̄ quidā. Sic me ex hac die oꝛdino ꝓ nūc ⁊ futurꝭ tp̄ib⁹ q̄ad vixero ⁊ meā mētionem fūdo ꝙ vbicūꝗꝫ interero missis ꝓcessiōib⁹ ⁊ aliꝭs actibus vbi sacr̄a altaris tractanꝛ: sic me ab omni ꝯditiōe actu absolutū eē volo: vt nunꝗꝫ velim ī meis adoꝛatōib⁹ conditionē cōcurrere nec actu nec habitu: imo simpl'r hr̄e exclusā: etiā si nō cogitē actu de ea: ꝫ sub spēb⁹ panis D

vez xp̄i corp⁹ ɔtineri credere volo. ⁊ illū simpl'r adorare. sic em̄ doct⁹ sū. Et q̄s vult talē sic credētē ⁊ adorātē in oib⁹ suis adoratōib⁹ iustificare sic si i tali intētōe ⁊ ꝓposito pseuerauerit cū circa multas missas interdū aliq̄ cōstituūtur vbi nulla sit vera et debita ɔsecratio: Nec audēt hr̄e ɔditionē actualē vel hitualē. s. si debita facta est ɔsecratio. q2 ꝓhibiti ⁊ infirmati sunt vt nullā addant: ꝫ sine ea credāt ⁊ adorāt simpl'r ⁊ absoluti.

In adoratiōe sacri altaris conditiōis actual' vl' hitual' existētiā dicta doctorū subscripta firmare videnť.

Doctor xp̄ianissimus Johannes gerson.

In oi adoratōe sacri altaris subintelligiť ɔditio ista vl' silis: si ɔsecratō rite ⁊ debite f̄m institutiōez xp̄i fuerit celebrata: ac ꝑinde adorās alien⁹ ē ab ydolatria: q̄uis celebrās ⁊ non ɔsecrās eēt in culpa. Hec ille i regulis moralib⁹ de sacramento eucharistie littera c.

Dicti doctoris itelligētia hec esse videť. N. expositor verior salno correctoreq; hui⁹ expositiōis si inepta ⁊ a veritate exorbitans iuēta fuerit.

E Dicit. N. ꝑ. In oi vniuersal'r volēs ɔditionē hr̄e iclusā vl' expꝰssā: nō solū i adoratōe respectu hostie non ɔsecrate q̄ tn̄ ɔsecrata eē putabať: ꝫ etiā respectu vere ɔsecrate q̄ tn̄ certitudine euidenti seu spāl'r reuelata a deo ɔsecrata eē nō sciť ɔ illos q̄ nup in publico f̄mone auditi sunt: dicētes doctores ɔditionē subintellectā ad expꝰssā hr̄i. docētes solū locutos fuisse: q2 reprobatio ex rōe q̄si puerorū ōn̄diť: eo q; de cōi lege nō sit q̄ hostias nō ɔsecratas a cōsecrat' vl'r discernat. ⁊ si discernat neq; tn̄ cum cōditōe: neq; sine ea nō cōsecratam adorabit. Quare cōditio a doctorib⁹ supflue ponereť: ⁊ papirū iutiliť maculassent. reprobanť etiā tales ex dictis Bonauē postea declarādis.

Dicit sacramēti altaris vere vel estimatiue: cōtinens ꝓ cōtento sumēdo.

Dicit subintelligiť actual'r habitu bitual'r vl' dispositiue. q; sit ita dispo sit⁹ q̄ eā adderet vl' nō excluderet si de illa cogitaret i sua adoratōe. E

Dicit p̄terea cōditio ista ⁊c̄. Ecce ħ. s. si ɔsectio ⁊c̄ vocat ɔditōz i adoratōe sp subitelligēdā. i. ħ adoratōe it⁹ legēdā actual'r vl' hitual'r ad min⁹ eā etiā ore ꝓferēdā: ore n̄ excludēs. dič em̄ i regul' moralib⁹ de supbia ⁊ vana gloria littera N.

Gerson.

Adorās adoratōe ꝺo debita absolute ydolū vl' diabolū trāsfigurātez se i āgelū luc' seu xp̄m a mortali crimine neq̄t excusari nec ħ igrātia iuicibilis locū h3: ꝫ ꝓbādi sť spūs si ex ꝺo sint. sec⁹ si ħ ɔditōe iplicita vl' explicita ħ adoratio fieret vbi ꝓbabiť ɔiecťa ꝺ sic agēdo ɔtigēt quēadmodū hostiā n̄ ɔsecratā. imo lapidi hostiā silez. cas⁹ aliq̄s licite faceret adorare. Hec ille ɔ eos q̄ ea3 ore ꝓferri posse negāt ⁊ ꝓhibēt.

Post ħ dič. ac ꝑide adorās alien⁹ ē ab ydolatria: ac si dicēt al's exclusa oi ɔditōe alien⁹ n̄ eēt. itez eos reprobans q̄ adorātes absolute ⁊ simpl'r ēt i casu hostiā nō ɔsectā a cl'pa absolutos. sacerdotes ꝺo solos culpis ħ iectos hn̄t. imo videť ēt adorātes absolute ⁊ simpl'r oi ɔditōe seclusa pecare i cōi mō adorādi hostias ɔsecratas: eo q; sic icerti ⁊ ɔ doctoz doctrinā ꝑiculo se exponūt. E

In testē adducēs illū doctorē de habēda ꝯditōe in adoratōe sacramē ti altaris. sic em̄ exposuit vt experia tur ꝑ supiores: ꝛ informet an sane vł inepte eundē intellexerit. ꝛ in hui⁹ rei testē adduxerit eadē ex causa ꝛ i sequētibus ośdet ꝑ suā expositionē si q̄ꝫ adiecerit quō ipe doctorū dicta intelligit: vt ex supioꝝ approbatiōe aut reprobatione doctior et certior euadat.

Doctor seraphicus Bonauentura.

F Si adorat quis simplr̄ xp̄i aduer sariū nō excusat a pctō etiā si credāt ipm xp̄m. Si aūt adoret sub cōditione hoc pōt eē dupłr. Aut qꝛ est illa cōditio habitualr̄. aut actualr̄ consideratā siue appositam. Actualr̄ sic nō adorat ipm luciferꝫ: ꝫ magꝭ xp̄m qꝛ nō stat adoratio nisi stāte cōditōe ꝛ ad eū refert implicatio. An aūt illa cōditio sit sub ꝯsideratōe habitudinali h̄ mō nō sufficit vitādū pctm̄ ydolatrie respectu sacramēti altarꝭ. nam talis figuratio ē insolita. ꝛ idō non debet ad eū ꝑcipitāter seq̄ adoratio: ꝫ cū maturitate ꝛ p̄ma orōne Sꝫ cōsideratio hostie ē ꝯsueta: idō sufficit ꝙ adorās in habitu hāc hēat cōditionē: videlꝫ si cōsecratio debito mō facta est. vñ pauci vel nulli fideles in hac adoratōe peccāt. om̄es em̄ accedūt cū cōditōe ista. Hec ille in. iij. dist. ix. q. vj.

F Doctor iste ꝯcordare videt cū Johāne gerson: q̄ dixit vt supra. In oi adoratiōe sacramēti altaris ꝛc̄. Hic doctor dicit: pauci vel nulli fideles i hac adoratōe peccāt: cām subiūgēs. oēs em̄ accedūt cū ꝯditōe ista. Ecce dic̄ oēs accedūt. s. ad adorādū sacramētū altaris cū ꝯditōe. nec tales accedētes ab istis doctorib⁹ dubij i fide ꝛ infideles iudicant: ꝫ poti⁹ a culpis alieni. q̄s tñ dānāt publice ꝑdicātes i adoratōe sacri altaris nullaꝫ debere ꝯcurrere ꝯditōeꝫ: ꝫ simplr̄ et absolute oi ꝯditōe seclusa ad adorationē accedēdū. Nec credēdū est ꝙ isti ꝛ alij doctores ꝛ eoꝝ seq̄ces ꝯditionē apponētes sentiāt ꝙ ꝯditio sit adiecta ad orātē in fide dubiū ostēdat: seu arguāt circa verā ꝛ realē existentiā xp̄i sacralr̄ sub hostia debite ꝯsecrata: sic̄ vba istiꝰ ꝯditōis vident ad h̄ sonare. Sic em̄ errauit quidaꝫ heretic⁹ ānis supiorib⁹ mea in p̄ntia publice igne Viēne extinct⁹. ꝛ Berlengari⁹ añ reuocationē quā fecerat coraꝫ Nicolao papa de cōse. dist. ij. Ego berlengari⁹.

Possit ꝛ hec vł ꝯsilis ꝯditio actu alit vł habitualr̄ hēri xp̄m sub illa vel alia hostia: si ibi sacralr̄ eūdē vt i celo existit adoro: qd̄ cōtingē p̄t ex no debita ꝯsecratōe hostie: aut ꝓpt̄ corruptōeꝫ hostie ex lōgi tp̄is mora ꝓueniēte. Nec videt sufficere certitudo moral' de debita cōsecratōe ꝛ sacerdotio ad h̄ ꝙ xp̄us sacralr̄ sit sub hostia: ꝫ req̄rit certitudo metaphisicalis: lꝫ moral' sacerdotē celebrantē a culpa excuset: nō aūt adorantē sine cōditōe.

Nec etiā videt sufficere coraꝫ hostia eleuata vel ꝓuata sine conditōe adorāti ꝛ dicēti: op⁹ sequit intētōem ꝛ credulitatē. ğ si credo simplr̄ ꝯtentū sub hostia eleuata eē xp̄m adoro panē ꝯtētū sub hostia illa i casu q̄ nō eēt ꝯsecrata cuꝫ itētio mea ad xp̄m feratur sic adorādo xp̄m mereor: et nullum videtur mihi esse pecccatuꝫ F

Non valet sic dicere. q2 illa credulitas qua credit adorās hoc cōtentuȝ sub illa hostia eē xp̄m temeraria est ꝛ ideo ad opꝰ temerariū deducit: vt ħ qđ cōtinet sub hostia simplr̄ adoret. q2 in credulitate ꝛ in intētiōe nō solū cadit xp̄s: ꝫ etiā hoc qđ sub illa hostia ꝯtinet. Ideo honoris exhibitio aliq̄ mō determiat ad ħ ꝯtētū sub illa hostia nō cōsecrata i casu. iō nec recta intentio fuit vl̄ credulitas: nec recta ē adoratio absolute. q2 dicit Bonauent. ydolatra cū adorat ydoluȝ illud eē deū: ꝛ tn̄ ex hoc nō dr̄ deum adorare: ꝫ magis ydolū. vn̄ cōmittitur ydolatrie pctm̄. Ergo pari rōne cū q̄s adoret simplr̄ ꝯtentū sub hostia nō ꝯsecrata in casu credēs illud esse xp̄m: ꝓpter credulitatē non euadit zelus ydolatrie.

Sanctꝰ Thomas doctor.

G Dicit vnū de ꝯtinētibus ad fideȝ est: vt aliq̄s credat sub sacro altaris vnū corpus xp̄i cōtineri. pōt aūt cōtingere ꝙ nō recte cōsecret. et sic nō est ibi corpꝰ xp̄i: ꝫ solū panis. ergo fidei pōt subeē falsuȝ. Rn̄det ꝙ fides credētis nō refert ad has spēs pāis vel illas. ꝫ ad hoc ꝙ verū corpꝰ xp̄i sit sub spēbꝰ panis sensibilr̄ qn̄ recte fuerit cōsecratꝰ. vn̄ fidei non suberit ꝓpter ħ falsū.

Ecce dicit corpꝰ xp̄i sub speciebꝰ panis sensibilibꝰ esse si fuerit recte ꝯsecratus conditionaliter.

Bonauentura:

H Actus adoratiōis est actus fidei. ğ qđ substernit adoratōi: substernit ipsi fidei. ꝫ cōtingit aliq̄n adoratiōi alicuiꝰ subeē falsuȝ: sic qn̄ adorat hostiā nō cōsecratā ꝓ cōsecrata adhibita vera diligētia. ꝛ tal adoratio meritoria est: ꝛ ita oīn̄ h3 a fide ꝛ charitate. ğ si ei subest falsū: videt ꝛ fidei subeē falsuȝ. Ex ħ dōm ꝙ adoratiōi facte ſm directōeȝ ꝛ regulā fidei nū ꝗ̄ subest falsum: ꝓ eo ꝙ fides dicit nihil adorādū eē ꝓ certo nisi de q̄ habet certa cognitio. de eo aūt de q̄ nō habet certitudo: dic adorādū eē ꝑsupposita cōditōe. Vn̄ ois fidel recte adorās hostiā cōsecrataȝ: adorat sub ea cōditiōe si perfecta sunt circa ipaȝ ea q̄ ad cōsecratōeȝ sūt necessaria ſm institutionē diuinā. ꝛ sic nūꝗ̄ decipit nec errat. Hec ille in. iij. distinct. xxiiij. q. j. in solutione argumenti.

H Videtur ne ille sctūs Bonauētura fuisse dubiꝰ in fide ꝛ infidelis: absit. ꝛ hic exp̄sse innuit hostiā cōsecratā debere adorari cū ꝯditōe a fideli: etiā oi nō certo seu certificato de eiꝰ debita ꝯsecratōe ꝛ ħ ex debito fidei. Veriꝰ ğ videt ꝙ ille exponat se periculo q̄ ꝫ doctrinā doctoꝝ adorat sine ꝯditōe ꝗ̄ q̄ ſm coꝝ doctrinā addit eam.

Doctor irrefragabilis Alexander de ales:

I Obijcit de eo q̄ credit corpꝰ xp̄i eē qđ ab eo sumit: nō tn̄ est. q2 nisi crederet nō adoraret: ꝛ ita credit falsū. Rn̄. dr̄ ꝙ nō d3 q̄s credē simplr̄ sub illa forma eē corpꝰ xp̄i: ꝫ sub cōditione si facta sūt ea q̄ exigunt ſm formā traditā a xp̄o ꝛ ab eccl̄ia. Hec ille in. iij. pte. q. lxxix. mēbro ꝑ.

Idem dicit.

K Si aliq̄s credēs hostiā cōsecratā a sacerdote celebrēte q̄ nō eēt cōsecrāta adoraret eā sic corpꝰ xp̄i: ꝓpt ignorā

tiā facti excusaret. g̃ sit͛r adorās dia-
bolum vice xp̄i in p̄dicto casu ꝓpter
ignorantiā facti excusabit. Rn̄. ꝙ dꝫ
adorari hostia sub cōditione tacita
vel exp̄ssa.

Dubitat etiā ne in fide ille ꝛ infidelis est.

Angelice sūme cōpilator.

R In adoratōe hostie sufficit hāc cō
ditionē hr̄e hitualr̄. s. si ꝯsecratio de
bita ē facta. Ille nō dicit sic̄ nec cete
ri ꝙ nulla dꝫ hr̄i cōditio: nec dicit ꝙ
cōditio nō dꝫ exp̄mi. ꝫ dicit hitualr̄
sufficē ꝛ reqri si nulla ē actual͛.

Doctor quidā actu regēs in vniuersitate quadā.

I Itē lꝫ ꝙ sit corpꝰ xp̄i in celo ꝛ sub
spēbꝰ sacr̄alibꝰ: tn̄ nō eodē mō. q2 sb
ipsis spēbꝰ ē sacr̄alr̄. vn̄ adorātes di-
rigūt suā intētōeꝫ ad illū modū eēn
di intuēdo vl͛ oculo corpis vl͛ mētis
illos spēs ꝛ easdē adorando hypdu
lie: ꝑm Petꝝ de palude doctissimū
virū. iiij. dist. ix. Vn̄ si sine oī ꝯditōe
habituali q̇s adoraret: false adora-
ret casu q̇ hostia nō esset ꝯsecta ꝛ ex-
hiberet latrie cultū ꝑm illū modum
eēndi sub spēbꝰ ꝛc̄. ꝛ sic ꝯmitteret vi
ciū falsitat͛ si n̄ sit cōditio hitual͛. vi
delꝫ si sit ibi corpꝰ xp̄i qđ q̇s ibi cre-
dit. Et dicit eē si nō sit defectꝰ i ma-
teria ꝛ forma sacr̄alibꝰ ꝛc̄. Si vo sit
defectꝰ q̇cūqꝫ: ita ꝙ nō cōtineat: siue
nō sit xp̄i corpꝰ ibi sacr̄alr̄ ē iplicita
intētio adorātis. qđ q̇dē adorādo ve
lit adorare xp̄m: licꝫ non sub eo mo-
do eēndi q̇ cōtinet sub spēbꝰ sacr̄ali
bꝰ: cū ibi nō ꝯtineant nec spēs sacr̄a
les. siue spēs sacr̄i eucharistie sint
cū nō facta fuerit ꝯsecratio ex hypo
stasis. vl͛ forsitā pꝰ factā cōsecratiōeꝫ
spēs corrupte sunt. Accideret etiaꝫ
vitiū supstitōis. vt ptꝫ exēplo sancti
Tho. ex supra iductis. Vn̄ idē dicit
loco supra allegato. ꝙ sic adorātes
hostiā nō cōsecratā nō adorāt puraꝫ
creaturā: ꝫ xp̄m ꝑm suā intētōem q̇
ꝑm iplicitā ꝯditōꝫ ē: vicꝫ si n̄ sit ꝑm
modū essendi sacr̄alē adorare. vt sic
nequaqꝫ vellēt: licꝫ sp adorare velint
xp̄m adorādo. Nec est necesse vt sit
qđ adorātes syllogizēt: sufficit vsus
ꝛ cōsuetudo sctē mr̄is eccl͛ie: cuiꝰ fi-
deles filij sunt q̇ i sacr̄is ꝛ ritu eccle-
sie se cōformāt ꝑm intentōeꝫ suā. ali
as nō eēnt q̇ ad meritū fideles filij:
lꝫ q̇ ad minꝰ sapevalētes ad sobrieta
tē ex his itimiꝰ ꝛ dulciꝰ sape possunt
si velint.

Innoncētiꝰ tertiꝰ.

Xp̄i corpꝰ ꝛ sāguis in sacr̄o altar͛ N
sub spēbꝰ panis ꝛ vini vacit ꝯtinēt:
trāsubatis pane i corpꝰ ꝛ vino i san-
guineꝫ. Nec ille de sū. tri. ꝛ fi. ca. §.
vna ē vo. c. firmit͛ credimꝰ.

Ecce cōditio iclusa i ablatiuis po
sitis. Nec iste Innocētiꝰ docuit sim
plicit͛ credere corpꝰ xp̄i eē sb hostia.
ita cōditionalr̄ adorat sub ea et non
simpl͛r sic̄ publice p̄dicat.

Augustinus.

Nō ois panis: ꝫ acciplēs bn̄dicti- N 2
onem xp̄i fit corpus. de cōse. dist. ij.
nō omnis.

Idem.

Corpꝰ ꝛ sāguinē xp̄i dicimꝰ illud N 5
qđ ex fructibꝰ t͛re acceptuꝫ ꝛ p̄ce my
stica ꝯsecratū recte sumimꝰ. de ꝯse.
dist. ij. corpꝰ ꝛ sāguinē.

Ambrosius.

N 4 Panis ē in altari visitat⁹ añ verba
sacroꝝ vbi accessit cōsecratio de pa-
ne fit caro xp̄i. ꝺ ꝯse. di. ij. panis.

Cōfessio Berlengarij.

N 5 Cōsentio sacre Ro. eccl'ie ꝛ apl'ice
sedi: ꝛ ore et corde ꝓfiteor de sacris
dñice mēse eādē fidē me tenere quā
dñs ꝛ venerabil' papa Nicola⁹. ꝛ h̄
sctā synod⁹ aucte euāgelica ꝛ apl'ica
tenendā tradidit. mihiqꝫ firmauit. s.
panē ꝛ vinū q̄ in altari ponunt̄ post
cōsecratōeꝫ nō solū sacr̄m: ſꝫ etiā ve
rū corp⁹ ꝛ sanguinē eē dñi nr̄i Iesu
christi. de cōse. distin. ij. ego Berlen-
garius.

N In his ꝛ i alijs canōib⁹ ad h̄ ꝙ ve
rū corp⁹ xp̄i sit sub hostia vl' sub spe
cieb⁹ panis ꝛ vini p̄supponit̄ ꝯditio
debite cōsecratōis quā q̄dē cōsecra-
tōeꝫ debite fuisse factā circa illas vl'
alias hostias: nisi deus reuelauerit
nullꝰ hō regularit̄ scit certitudie cui
falsū subeē nō possit. nec credere te-
net̄ sacerdoti dicēti se vere cōsecras-
se: cū ip̄e nō sit ꝟitas p̄ma cui fides
initit̄: ꝛ nec ipse cert⁹ ē qꝺ debite cō-
secrauerit. ita ꝙ simpl'r credere pos-
sit sub hostia quā ꝑ se cōsec̄tuit eē ve
rū corp⁹ xp̄i: ſꝫ sub cōditōe sic̄ ꝛ cete
ri si nō vult decipi ꝛ errare: sic̄ pluri
b⁹ factū ē q̄s ego noui: q̄ sub sp̄eb⁹
aq̄ quā vinū eē putabāt sāguinē chri
sti false crediderūt eē: ꝛ eūdē sic sup
stitiose adorauerūt: vel cultū latrie
pure aq̄ impēdebāt si simpl'r credi-
derūt ꝛ adorauerūt: sic̄ et ceteri qui
simpl'r ꝛ sine cōditōe adorauerūt ta
cita vl' exp̄ssa. Nihil em̄ adorandū ē
ꝓ certo nisi de q̄ habet̄ certa cogni-
tio. Adorādū ḡ est p̄supposita cōdi
tōe sic̄ de hostia cōsecrata: de cui⁹ cō
secratiōe sufficiēti adorās sufficient̄
nō est informat⁹: vt dic̄ Bonauētu-
ra. Hec em̄ directio ꝛ regl'a fidei cir-
a recte adorātē exigit. Nō ḡ recte vi
dent̄ p̄dicare credere ꝛ adorare sine
ꝯditōe ꝛ simpl'r corp⁹ xp̄i sub hostia
a sacerdote eleuata ostēsa vl' alicui mi
nistrata. formidareqꝫ h̄nt penas i. c.
ad abolēdā. de heret. minatis. O

Nec sufficit dicē: ille credit ꝛ ado-
rat simpl'r p̄supposita debita ꝯsecra
tōe: igit̄ recte credit ꝛ bn̄ adorat. q̄a
nō sequit̄ si h̄ hostia p̄supponit̄ esse
cōsecrata: ḡ ipsa ē ꝯsecta: i casu q̄ ho
stia nō eēt cōsecrata: ꝛ talis p̄suppo
neret̄. Sꝫ bn̄ sequit̄: si hec hostia est
cōsecrata ipsa ē ꝯsecta ꝛ sub ea ē cor
pus xp̄i. si saltē post debitā cōsecra-
tionē nō sit corrupta.

Ex his supradictis sequi tur primo.

Oēs sacri canōes catholiciqꝫ do- P
ctores veꝝ corp⁹ xp̄i ꝛ eius sāguinē
sub specieb⁹ panis ꝛ vini veracit̄ cō
tineri: ꝛ sub eisdē eundē cultu latrie
reuerēter adorari: asserētes ꝛ docen
tes hāc cōditionē vel similē indistā
te exp̄sse ponūt: aut subintellectā re
gulariter p̄supponūt. s. si cōsecratio
rite ꝛ debite s̄m institutionē christi
ꝛ ecclesie fuerit celebrata: ne purissi
me fidei catholice falsū subsit ꝛ cul-
t⁹ latrie vero ꝛ soli deo debitus cre-
ature pure: aut christo superstitiose
aut false exhibeat̄.

Omnes fideles recte adorātes de P 2
bent in adoratōe sacramēti altar' re
gulariter habere habitu vel actu ta-
cite vel exp̄sse conditioneꝫ hanc vel
similē. s. si ꝑfecta sunt necessaria s̄m
institutionē diuinā.

Nota ꝙ po-
nit sacerdo-
tes etiāꝫ de-
bere sub cō
ditōe sumē
ꝛ adorare.

P 3 Xp̄ian⁹ sicut sine culpa de debita spēꝝ panis ⁊ vini ꝯsecratōe dubitare pōt: ita ⁊ dubitare p̄t de vera corporis ⁊ sanguinis xp̄i sub eiusdē cōtinentia ad talē ꝯsecrationē sequēte sine fidei repugnātia.

P 4 Omnis fidelis sacr̄m altaris cū ꝯditōe illa vel ꝯsili actuali vel habituali adorans. s. si sub hostia debite ꝯsecrata xp̄us ⁊ ei⁹ corp⁹ sacr̄alit ꝯtinet eundē sub eadē adoro dubi⁹ in fide p̄sumit: ⁊ errās si indubie ip̄m sub ꝯsecrata nō credit eē sacr̄alit.

P 4 Hec fortasse ꝓpositio ad ꝯditiōez negātib⁹ intēta fuit: licꝫ verbis eorū populo nō sufficient distincte ⁊ clare exposita.

P 4 In adoratōe hostie sufficit hāc cōditionē h̄re habitualez si cōsecratio debita ē facta: ꝓ eo q̄ hostie cōsecratio est ꝯsueta.

P 4 Omīs xp̄ian⁹ rōe ad hoc sufficiēti vtens firmit credere dꝫ sub spēb⁹ panis ⁊ vini rite ⁊ debite cōsecratis christum ⁊ veꝝ eius corp⁹ ⁊ sanguinem veraciter ꝯtineri saltē nō corruptis. Nō tn̄ has vel illas spēs panis ⁊ vini etiā ꝓ sacramēto habitas vel ostēsas eē vel fuisse rite ⁊ debite cōsecratas fide catholica credere obligat sine spāli dei illuminatōe de earum debita cōsecratōe.

Iterū de illuminatiōe loquit.

Q 1 Estq̄ in publico p̄dicatū: docentes in adoratōe sacramēti altaris cōditionē addi eē supbos temerarios p̄sumptuosos ꝓprijs capitib⁹ innitentes ⁊ ad reuocādū cōpellēdos. Nec fuit in tali p̄dicatōe ad hoc ꝯueniēs seu cōdecens allegata scriptura aut ratio cōuincēs. Et talis p̄dicatio et ꝯsimilis quasi p annū exercitata fuit pri⁹ nō audita, imo apud doctos quoꝝ cōsilio in hac re fortius cōfortatus fui: licꝫ etiam prius nunq̄ aliter audiuerim q̄n hec vel cōsimilis cōditio in adoratōe sacramenti altaris regulariter tacite vel expresse habenda sit.

Ecce q̄diu durauit h̄ heresis.

Hec oīa suprascripta posita sunt nō animo ꝑtinaci ea defendendi: s̄ vt doctis docendi: nesciētib⁹ inferatur occasio quid in his reb⁹ veritatis aut p̄iculi sit. Q 2

Hec ꝓpositio videt esse falsa ⁊ impossibilis.

Si h̄ hostia ē rite ⁊ debite ꝯsecr̄a: null⁹ fidel' recte credēs ⁊ adorās aliquā ꝯditōez actu vl' h̄itu h̄re dꝫ circa fidē ⁊ adoratōez xp̄i ⁊ ei⁹ hūanitatis sub illa hostia ꝯsecrata ꝯtēto ꝑ. s̄ simpl'r oī exclusa ꝯditiōe credere dꝫ xp̄m eē sub ea sacr̄al'r: ⁊ eūdē sub ea dē cultu latrie simpliciter ⁊ absolute adorare. R 1

Est tn̄ hec vera et necessaria videt esse stāte fide si h̄ hostia ē rite ꝯsecrata xp̄s sub ea vaciter ꝯtineri sacr̄al'r credēd⁹ ē ⁊ reuerēter adorād⁹. R 2

Regula.

Circa fidē ⁊ adoratōem sacr̄i altaris conditio hec vel consimilis tacite vel exp̄sse regulariter semꝑ obseruanda est. s. si omnia rite facta sunt scd̄m cōstitutionē christi et ecclesie. Ista autem cōditio vel similis nunq̄. s. si sub hostia ⁊ vino rite cōsecratis christ⁹ cum sua hūanitate sacramentaliter est. S 1

Adorantes simpl'r ⁊ absolute hostias in ꝓspectu eoꝝ ostēsas seu in vasis delatas i casu possibili nō ꝯsecratas cōmittant veritatē dei in mēdaciū ⁊ colūt ⁊ s̄uiūt creature poti⁹ q̄ S 2

creatori qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

S 3 Necesse igitur ad eorum salutem et peccatiuitatem dicere habent tacite vel expresse actu vel habitu cum hac conditione vel simili. Si tu demonstrando ad intellectum illud quod sub speciebus visibilibus continetur est christus cum sua humanitate adoro. Que adoratio ibi terminatur et quiescit: si illud quod sub speciebus visibilibus est christus quod verum est facta consecratione. Si vero illud non est christus quod verum est non facta consecratione adoratio in hoc non terminatur nec quiescit: sed refertur in christum vbi veraciter in sua humanitate est aut sacramentaliter vt in alia hostia consecrata: vel non sacramentaliter vt in celo. quia dicit Bonauentura in .3. dis. 9. q. 6. Non stat adoratio nisi stante conditione. et ad eum refertur adoratio ad quem refertur adorationis implicatio. Et loquor de adoratione que dicit motum adorationis in re determinata que modus est secundum appetitum rationis electiuum. Aliud enim esset de adoratione que dicit motum secundum inclinationem nature seu appetitum nature que semper est rectus. nec circa ipsum accidit error. quia est sub ratione communi ipsius christi: et non est sub illa vel alia hostia determinata. vt elici potest ex Alexandro de ales in .j. parte. q. 3. p. arti. 151.

Petrus de aylliaco cardinalis Cameracensis etc. in scripto quarti sententiarum q. 6. de effectu sacramenti eucharistie ponit quattuor propositiones.

T Prima est quod non est de precepto christi vel ecclesie vt corpus christi adoretur in sacramento simpliciter et absolute aut sine aliqua conditione. patet. quia si sic aliquis in casu teneretur credere falsum. s. in casu quo aliquis sacerdos fingeret se facere quod intendit ecclesia et non faceret etc. Nam si quis tunc teneretur adorare ibi corpus christi: quod tunc esset falsum.

Secunda propositio quod non est de precepto christi vel ecclesie quod corpus christi adoretur in sacramento cum conditione: scilicet si sacerdos faceret quod intendit ecclesia. patet. quia tunc aliquis in casu quo aliquis catholicus simpliciter absolute et sine aliqua conditione adoraret corpus christi in hostia non consecrata in casu prius posito. talis enim mereretur sic adorando sine conditione quamuis crederet falsum. Vnde licet nullus teneatur credere falsum: vel forte in casu credere falsum est meritorium. de hoc alibi. V Hic de conditione adorationis.

Hec supradicta propositio doctori contraria esse videtur.

Tertia propositio est quod corpus christi in sacramento potest licite et secure adorari cum supradicta conditione vel actualiter expressa: vel habitualiter sub intellecta. patet. quia per hoc euitatur credulitas falsi quam quilibet potest licite euitare: cum nullus ad eam teneatur. Sic euitatur periculum errandi: errando corpus christi in hostia non consecrata. quia in tali adoratione subintelligitur actualiter vel habitualiter: tacite vel expresse illa conditio: si consecrata est hostia secundum ordinationem christi vel ecclesie. X Loquitur hic de conditione communi secretis habite alias repugnaret secunde propositioni.

Quarta propositio est quod adoratio sub conditione non est licita in aliquo casu: nisi quando conditio est talis quod non debet esse certum de eius veritate vel falsitate: sicut est in casu posito. Y

Finit tractatus erroneus.

Replica contra prohemium aduersarij.

Prohemiū aduersarij: qꝛ solū recitat casum quēdā sup amissiōez sacramēti eucharistie factā in dyocesi Patauieñ. post ānos tres vl' circiter reptū in veprib⁹. ꝛ ꝙ vasis aptis cū hostie cernebant corrupte ꝛ inuicem cōglutinate: an ibi adhuc verū fuiss3 sacr̄m sub dubio plurimū volnebat inter doctos. Preualuerat tñ ad tēpus quorūdā doctoꝝ ꝛ magroꝝ snia. ꝙ ibidē veꝝ existeret sacr̄m liq̄factōe ꝛ ꝯglutinatōe spēꝝ nō obstāte: lic3 lugubrē expost vtpote cū scādalo plurimoꝝ recepit finē. alijs doctis asserētib⁹ nullo modo sub talibus spēb⁹ liq̄factis ꝛ resolutis contineri verū xp̄i corp⁹: ꝓnata poti⁹ vt dicebat aucte ꝗ rōe ꝛ scripturaꝝ documētis fulciri. ꝛ ꝙ illi q̄ pia deuotione ad venerādū xp̄i corp⁹ in sacr̄o cōuenerāt non sacr̄m: ꝫ diabolū vepres rubiginosa vasa adorasse ceteri acclamādo. Veꝝ qꝛ hec acta fuerūt in nō puū vt p̄missū est populi scādalū et fidei piculū: eo ꝙ primit⁹ vt dictum est a doctis oppositū fuerat declaratū veꝝ videl3 sub illis speciebꝰ ꝯtineri eucharistie sc̄m occasione hac: ne imposteꝝ tā imane sacrilegiū ꝯmittat: si ꝛ inq̄tū ibi veꝝ fuisset sacr̄m reptū: cū etiā nō ad quālibet corruptiōez seu imutatōez specierū cessat veritas sacr̄i: tractatū de duratōe ipsi⁹ sacr̄i eucharistie sb̄ speciebꝰ sacr̄alibꝰ ꝑ ꝯclusiōes octo collegi. cui⁹ opis necessitas qꝛ maior ꝗ vt occasiōe ipsi⁹ sacrilegij ꝯmissi in furtiua sublatōe eucharistie hūc erneū suum tractatū colligeret. volēs ꝯcludere ꝙ qꝛ in tali casu sub ꝯditione posset adorari. Ideo semꝑ in omni loco ꝛ tpe sic eēt adorādū ex vno ꝑticulari vniuersale ꝯcludēs. imo si omēs supra enumeratos casus allegasset in quib⁹ licite pōt sub ꝯditōe venerari: adhuc minime suū intētū ꝯcludere potuisset: poti⁹ inde suum studiū ꝯmendasset. Non min⁹ tñ qꝛ casus illius furti scandalūq3 ppl'i ex ꝯria doctoꝝ snia sup ip̄m reptū sacr̄mētū recitat ab ipo aduersario. Nō oēs etiā copiā hn̄t mei tractat⁹ quez ꝓveritatꝫ discussiōe collegi: vt p̄missum ē. Ideo ne anim⁹ lectoris oino maneat suspēsus: volo certas ꝓnūc ānectere regulas ex q̄b⁹ facilis vnicuiq3 pat3 intellectus ꝗdiu sub speciebus sacramētalibus durat sacramenti veritas. Et est regula prima ex dictis doctoꝝ elicita ꝙ ꝗdiu qualitatiue ꝛ quātitatiue forme que fuerunt in pane manēt in tali gradu et ꝓportōe in q̄ nō sunt natural'r incōpassibilia pani: ꝫ pōt sub eis naturaliter stare ꝛ manere substātia panis si adesset: tādiu manet sub eis corp⁹ xp̄i. Et hui⁹ rō ē ꝙ ille spēs sacr̄ales tenēt ex diuia ordiatōe ꝛ lege sacr̄alem illā p̄ntiā. qꝛ videl3 xp̄s in institutōe sacr̄i has spēs nobis tradidit vt sub eis post ꝯsecratōez debeam⁹ credere ei⁹ p̄ntiā sacr̄alez. Vn̄ ꝯtra illis cessātib⁹ tenere ꝙ cessat p̄ntia sacramētalis. Desuūt hic duoꝝ doctoꝝ dicta. s. Thome ꝛ Scoti. Naz prim⁹ in. iij. pte sūme. q. lxxij. ar. iiij. dicit ꝙ cū xp̄i corp⁹ ꝛ sanguis ei⁹ succedāt in h̄ sacr̄o subē panis ꝛ vini: si fiat talis imutatio ex pte accidentiū

Nota dua regulas ꝗdiu durat sacr̄m sub specieb⁹ sa[cra]mētalib⁹.

quē nō suffecisset ad corruptōez pa-
nis ꝛ vini: tūc ad talē imutatōez nō
desinit corp⁹ xp̄i et sanguis esse sub
sacr̄o. siue fiat mutatio ex pte q̄lita-
tis: puta cum modicū mutat̄ color
aut sapor panis aut vini. siue ex par
te quātitatis: sicut cū diuidit̄ panis
aut vinū in tales ptes qđ in eis pos-
set saluari adhuc natura panis aut
vini. Hec ille. ꝛ clara est hec regula.
Scot⁹ etiā ꝯcordat i suo. iiij. dis. xij.
dicēs ꝙ corp⁹ xp̄i manet sub istis ac
cidētib⁹ seu spēb⁹ cū oī trāsmutatiōe
q̄ fit circa eas: p quā mutatōez nō i-
troducit̄ aliqđ incōpassibile pani si
eēt ibi siue s̄m q̄litatē incōpassibilē
siue s̄m q̄ntitatē. Verū si q̄s q̄reret
an etiā aliq̄ transmutatio fit circa rē
ꝯtentā sub istis spēb⁹. vicȝ circa cor
pus xp̄i aut ei⁹ sanguinē sicut fit cir
ca spēm. R̄ndet̄ ꝙ oīno nulla. ꝛ hu-
ius rō est ꝙ sicut factū est p̄ns illis
spēb⁹ p ꝯsecrationē sine itriseca mu-
tatōe sui ꝛ solū p trāsmutatōez pāis
aut vini: videlȝ p ꝯuersiōez sub̄e vtri
usqȝ remanētib⁹ ipsis accidētib⁹ i ali
ud eē trāsmutatis. ꝙ videlȝ sine sub
iecto habeāt existē ꝛ occultare ipsuȝ
dn̄icū corp⁹ ꝛ sāguinē. vt sic fides lo
cū hēat dū visibile corp⁹ inuisibilit̄
sumit̄ aliena specie occultatū. vt di-
cit Tho. in s̄mōib⁹ de corpe xp̄i. ita
etiā nō mir̄ ꝙ sine sui intrinseca mu
tatōe valeat cessare sub eis esse: licȝ
nō sine trāsmutatōe spēꝝ. Sȝ si pro
āpliori itellectu p̄missoꝝ querit̄: ad
quātū se debeat extendere illa trans
mutatio spēꝝ. sup h̄ dat̄ secunda re
gula ꝙ q̄n fit tāta imutatio in spēb⁹
sacramētalibus. ꝙ si sub̄a panis aut
vini esset ibi sub eis natural̄r corrū-
peret̄: tūc nō manet ibi corp⁹ aut sā-
guis xp̄i ꝛ spēs: desinūt esse euchari
stia ꝛ sacr̄m. vn̄ Tho. vbi s̄. ꝙ si fiat
tāta imutatio in accidētib⁹ ꝙ fuisset
corrupta sub̄a pāis aut vini si eēt ibi
sub spēb⁹ tūc remāet ibi corp⁹ ꝛ san-
guis xp̄i sub eis: ꝛ h̄ tā ex pte q̄litat̄
sic̄ cuȝ ita imutat̄ color aut sapor et
alie q̄litates ꝛ ꝯplexio panis et vini
ꝙ nullo mō p̄nt ꝯpati naturā pāis ꝛ
vini. siue ex pte q̄ntitat̄: puta cū pul
ueriset̄ hostia vl̄ diuidat̄ vinū i mini
mas ptes: vt iā nō remanēt spēs pa
nis aut vini. Sȝ q̄r pi⁹ lector adhuc
dubitaret ad quātū se ista pulueriza
tio spēi pāis ꝛ diuisio liq̄ris seu hūi
ditat̄ vini debeat extēdē vt sic nō re
māeat spēs pāis aut vini. Si dicim⁹
vt doct. sctūs dic̄ ꝙ ad mimas ptes
adhuc māet aīm⁹ lectoris suspēs⁹ nō
valēs i ill̄ mimis discernē ptib⁹ ꝛ liq̄
rib⁹. Ideo dicam⁹ sup spēȝ panis ꝙ
tūc ptes ei⁹ nō cēsent̄ mime q̄n sunt
quātūcūqȝ pue. ȝ q̄n puluis est ꝛ ad
puluerē sūt redacte puluis aut quō
cēseri dȝ notat̄ i puluerib⁹ vl̄ cineri-
b⁹ ꝛc. q̄ cū nll̄as hn̄t ptes p q̄s sepa-
ri aut discerni p̄nt distincte abiuicē:
tūc cēsende sūt mime. ꝛ ꝙ nō rema-
neāt spēs panis hoc ip̄m nō minus
adijciēdo ꝙ ꝓpter difficultatē discer
nēdi i talib⁹ mimis aut puis q̄litati-
b⁹ aut etiā q̄ntitatib⁹ ꝙ tūc reponē-
de sūt ad sacriū aut reuerēter sb̄ ꝯdi
tiōe sumēde: vt s̄. in ꝓprio tractatu
tactū fuit. Sup ptes v̄o mimas spēi
vini capiat pi⁹ lector hūiditatē q̄ndā
vini: q̄ cū amisit saporē vini: amittit
etiā p̄sentiā corpis christi ꝛ sangui-
nis. Aduertēdū ꝙ verba Scoti vbi
dicit si possibile esset ꝙ qualitas vt
color induceret̄ speciebus consecra
tis s̄m gradum repugnantē pani si

sibi adesset. ⁊ cũ quantitas oĩno ma
neret eadẽ que fuit priꝰ tũc corrũpe
ret eucharistia. Sz qz illa nõ ↄsistit
solũ in q̃litate: sz etiã in quãtitate: vt
in tractatu desup ↄfecto a nobis ple
nius declaratũ est. Ideo dicit etiaz
Scot. q si possibile eẽt. Ex quibus
elicit q in illa reptõne sacramẽti in
bischolsdorff verum fuit sacramẽtũ
reptuz: vbi vt dicit ꝑticule habebãt
licz liquefacte ⁊ cõglutinate omni-
no speciẽ panis ⁊ hostie. licz non sit
ꝑsentis speculatõis quicq̃ determi
nare: sz tñ erroneas positiões huius
opinãtis infringere: idõ silẽtio ꝑte-
reundũ est. Verũ cum opinãs pre-
mittit in suo tractatu duas questio-
nes: volẽs primã que sonat An po
pulus qui ad adorandũ sub tali di
sturbio eucharistie sacrm̃ ↄuenerat
peccauerit determiare nisi ex decisi
one secũde qõnis: sup quã totũ suũ
tractatũ limitauit. Ideo nec illiꝰ pri
me questiõis decisiõi nolumꝰ inten
dere: cum alr̃s manifestũ sit q popu
lus nõ peccat adorãdo ignorant ho
stiam nõ cõsecratã: cum talis adora
tio ꝓcedat ex habitu fidei dictantis
tãtũmodo hostiã ↄsecratã esse ado-
randã: exquo nõ oportz vt adorans
semp ↄditionẽ masticet actualr̃ vel
habitualr̃ vt hic aduersariꝰ ꝑtendit.
nisi spãlẽ habeat reuelationẽ a deo
q ibi veraciter corpus xp̃i existat ex
quibꝰ eiꝰ ꝑma q̃stio satis manet de-
cisa. sz quo ad secundã primo ponẽ-
da sũt eiꝰ ṽba i ꝓpria forma: ⁊ demũ
eorum impugnatio etiã ꝑ totũ suũ tra
ctatum: signando ex vtraq ꝑte arti
culos ꝑ lr̃as alphabeti. sic tñ vt ca-
tholici articuli habeant signaturaz
cum signo crucis.

Positio erronea aduersarij sequitur: ⁊ primo sup titulũ q̃stiõis ab eo formatũ in pri cipio tractatꝰ dicens.

s Ecũda q̃stio iuxta ꝓcessuz aduersarij: vtrum hostie in ec clesia a sacerdotibus i missis eleuate vl' ad infirmos delate: seu in eccl'ijs ꝓ infirmis reseruate q̃ credũ tur eẽ ↄsecrate: sit ita vl' nõ. sint sim- plicit' vl' ↄditionalr̃ cultu latrie ado rãde: semp referẽdo cultuz latrie in xp̃m sub spẽbus sacralibꝰ. ⁊ post di cit. Dicẽdũ ẽ itaq ꝑmo hostiã quã qs scit nõ esse ↄsecrtã nullꝰ adorabit: nec xp̃us sub eius spẽbꝰ credẽdus ẽ nec adorãdus. Hec ille. A

Positio catholica lectoris dans primũ documentũ sub eadem lr̃a A. ✝

s Uper duo que ab aduer- sario tãgunt vt est titulus q̃stiõis: ⁊ demũ positio q̃- dã rñsalis. Dico ad ꝑmũ q titulꝰ q̃sti- onis est prima fronte suspectus: vt pote ab eo super falsas quasdã posi tiones quas in sequẽtibus ponit al legatus. suspitõe autem caruisset si titulum sic ãnotasset: vtrum hostie in ecclesia a sacerdotibꝰ ⁊c. sint sem- per simplr̃ vl' in aliquo casu ↄditio- nalit' adorãte. Sic em̃ distinctio da- ret q̃ ad ↄficiẽtes ⁊ quo ad nõ ↄficiẽ tes: cũ i cert' casibꝰ ab vtrisq ꝑt sub ↄditõe etiã actuali sumi ⁊ venerari. d qbꝰ tñ minime mẽtõez fecit exp̃ssã. Item suspectꝰ reddit eo q cum tri- plex sit circa hãc materiã ↄditio põ- derãda. videlicz ↄditio ↄsecratõis cõ ficiẽtis ⁊ adoratõis. ⁊ prima semper A ✝

a duobus aliis sicut p̄supponitur: ita subintelligitur. Jō q̄n queritur ab aduersario. An hostie a sacerdotibus in missis eleuate &c. sint simpliciter vel cōditionaliter adorande: cuȝ de tercia solum tangat & alias duas p̄supponit vt dcm̄ est. Jdō nunq̄ simpliciter cū exclusione videlicet oīs cōditionis adorat̄ aut sumit̄ eo q̄ semp adorās: eo respectu adorat q̄ conditiōes tam ex pte cōsecrationis q̄ & cōsecrātis. iuxta xp̄i institutionē sint celebrare. Et in casu quo nō eēnt celebrate: tu nota q̄ q̄ habēt casum aduersari⁹ semp pōderat: quasi ꝓpter talē casuȝ nunq̄ sit sine cōditione adorāda: ne ydolatria ꝯmittat̄ dic q̄ falso. innitit̄ fūdamēto q̄ in tali casu vt Gerson aliį doctores exp̄sse ponūt vt infra patebit. adorans alien⁹ est ab ydolatria q̄uis celebrans & nō cōsecrans sit in culpa. adorat em̄ sub cōditiōe nō dico exp̄ssa in sua adoratiōe. sed sub conditōe cōsecratiōis & consecrātis rite celebrate. Et attendit̄ cōditio ꝯsecratiōis in debita ꝓlatōne vboꝝ sacramētaliuȝ que tunc deriuata censet̄ q̄n cū intentōne actuali vel habituali vba ꝓferunt̄. Conditio cōsecrātis attendit̄ in ordine sacerdotali iuxta institutionē xp̄i sup debitā materiaȝ panis & vini. nec tn̄ p hoc excludit̄ quin in certis casib⁹ tā conficiēs q̄ laicus adorans: sub conditiōe actuali pōt adorare & sumere vt i appologia tactū fuit. Solum aūt hec excludimus q̄ semp in om̄i loco sit talis hostia sub cōditione adorāda. Ad quā itellectū extorquendū posuit titulū q̄ntis ad suū placitū. nobis aūt suspectū eo q̄ cū de simplici vel cōditionali adoratōne. querit dicim⁹ q̄ nec simpliciter cū exclusione oīs cōditōis est adoranda. nec conditionaliter vt ipe p̄tendit in om̄i loco & tēpore. Jn aliis que apposuit bn̄ sensit videlicȝ d̄ adoratione latrie erga xp̄m contentum. Et de illa positione responsali sua p̄ma. Q hostia q̄ q̄s scit nō eē cōsecratā nullus adorabit. nec xp̄s sub ei⁹ spēbus credēdus est nec adorandus. Hec positio in nuda sua intentione nō est rephensibilis. licȝ suspecta sit ꝓpter scdāȝ quā expost infert positionē ꝓpter terminos cū dicit quā q̄s scit. volēs p hoc innuere q̄ndā altiorē noticiā quā sit noticia fidei esse necessariā circa adorationē eucharistie. vtpote noticiā diuine reuelatiōis. Vn̄ sequitur scdā eius positio.

Positio erronea aduersarij secunda.

Ecundo dicit hostia quā q̄s scit rite esse ꝯsecratā adoranda venit. xp̄usq̄ sub ei⁹ speciebus s̄m humanitatē contineri corde debet. & adorari nulla adiecta cōditione. Sunt aūt hec scientes pauci quos de⁹ spāliter illuminauit a se in iuuētute. aut p angelos aut alius s̄m modū sue bonitatis & ꝓuidētie B

Positio catholica lectoris dans secundū documentum sub eadem ir̄a B

Vper duo que aduersarius tangit locuturus cū manifestam heresim includāt eo q̄ p̄mo lumen fidei estimat nobis nō sufficere ꝓ certa cognitiōe habēda de his q̄ nobis ad credendum ꝓpo- B

nunc et eo etiã qȝ nullibi i tota eccia certa. habeatur cognitio de veritate eucharistie cũ eccsa careat hac illumiatõe speciali seu angelica reuelatione vbi et in quo loco habeatur verũ sacramentũ vt pȝ ad sensum. Etiaȝ ipe sacerdos cõficiẽs et sumẽs si nõ hȝ illam diuinã seu angelicaȝ inspirationẽ aut illuminationẽ sup certam xpi pñtiaȝ sacramentalẽ sua fides qua firmiter credidit se cõfecisse. eo qȝ rite ordinatus verba ↄsecratõnis sup debitã materiã ex intentiõe ↄficiẽdi ptulit nihil valuit ꝗ sub dubio totũ mysteriũ altaris pactũ est. tali sꝫ ordie pcedẽduȝ ẽ vt pmo luce clarius pateat qȝ cognitio credẽdorum que habetur ex lumine fidei. qa est certior ꝗ̃ sit quecunqȝ cognitio scientifica que ex naturali lumine intellectus habetur. Ideo nec ei põt aliquo mõ subesse dubium aut falsuȝ. Secũdo vt directe sua positio pateat esse falsa p cõtrariũ asserendo. qȝ absqȝ speciali reuelatõe quilibet cõficiens et sumẽs scit ex ipo lumie fidei hostiã rite eẽ ↄsecratã qñ sua celebratio ex quatuor pcedit conditiõnibus supra enumeratis. vt sũt materia et forma. intẽtio et ordo. Et siñr laicus rite adorat et sumit qñ soluȝ in mysterio altaris aut alibi iuxta xpi et eccl'ie institutionẽ. adorare et sumere intendit solũ lumine fidei et non alia reuelatiõe diuina fulcitus Quo ad primũ qȝ cognitio credendorum que habetur ex lumie fidei sit certior omi alia cognitione ꝗ̃ naturali lumine intellectus habetur pbatõe nõ indiget cũ h sit oim doctorum in eorum scriptis sentẽtia discutientes. An fides sit certior ꝗ̃ scia. vide Alexã. de ales in. iij. pte sũme. q. lxxix. mẽbro pmo. Itẽ an obiectũ fidei sit ita verũ qȝ ei nõ possit subeẽ falsum. vide Bonauẽ. in suo. iij. scpto dis. xxiij. Item an fidei possit subesse falsum vide Gersonẽ in suis declaratiõibus de fide quẽ doctores qz aduersarius plurimum estimat eũ sentire p sua opinione. Ideo eius ponitur hic snia Nã dic in hec forma dubitatur vtruȝ falsuȝ possit subeẽ fidei. seu vtrũ falsum possit credi vl' id qd nõ ẽ. puta cũ sacerdos eleuat hostiã nõ consecratã. vtrũ sit vera fides qua a toto pplo creditur ibi esse. vel illud eẽ corpus xpi Et dr adhoc qd fidei nunqȝ põt subesse falsum: nec dubiũ. imo nec etiã pt quicqȝ credi nisi sit infallibiliter verum. Vñ in pdicto casu credere qd illud seu illa hostia sit corpus xpi nõ est fides. ꝗ opinio tm̃ q̃ põt esse de falso. Sed credere qȝ sub illa hostia si in forma debita consecrata fuerit sit corpus xpi est fides et hoc semp infallibiliter est verum. vñ illa ↄditio semp apponenda. vel ad minus supponẽda est. qñ hostia adoratur vel sumitur. scȝ si rite cõsecrata fuerit vel sic. hostia rite cõsecrata infallibiliter ẽ corpus xpi. hec Gerson in forma. Et qz aduersarius hec verba estimat sibi deseruire sup conditionalẽ adoratõeȝ formandã qd tñ esse nõ põt. apparet primo ex interrogatiõe qua de cã motus fuit loq̃ de ↄditionali adoratiõe. Scdo quõ includit ex tribus cõditiõibus supra enumeratis cõditionẽ cõsecratiõis inuestigare. et tercio qȝ illa cõditio semp ab adorante vel apponitur vel supponitur. s. si rite consecrata fuerit &c. Quo ad causam motiuã. pȝ qȝ mo-

tus fuit p̄ncipaliter. an fidei catho
lice posset subeē falsum declarare.
Et ex hostia eleuata a sacerdote non
cōsecrata. ibi em̄ diceret infidelis ꝙ
fidei nostre subesset falsum. vn̄ qua
si coact⁹ in defensionē fidei cōclu-
dit. sicut ⁊ ceteri oēs doctores ꝙ ꝓ-
pterea nō subest fidei falsū nec du-
bium. eo ꝙ solūmō post ꝯsecratōē
rite factā creditur ibi eē xp̄s sacr̄ali
ter. Et si q̄s diceret ergo nō dꝫ ado-
rari nisi sub ꝯditōne ne fidei subsit
falsum. Rn̄dit doctor īplicite ꝙ pro
pterea nō subest fidei falsum ꝙ ali-
q̄s adorat hostiā nō ꝯsecratā putās
esse ꝯsecratā. qꝛ fides nō dictat imo
ꝓhibet sub pena ydolatrie. ne quis
hoc faciat. Et si dicat̄ tn̄ adorās fal
se adorat. Rn̄det̄ ꝙ licꝫ q̄s false ado
rat. nō tn̄ fidei ꝓpterea suberit falsū.
subesset aūt falsū si adorare hostiā
nō ꝯsecratā fides admitteret. Et h̄ ē
ꝙ doctor Gerson cōcludit quo ad
causam suā motiuā dicēs ꝙ p̄dicto
casu credere q̄d illō siue illa hostia
sit corp⁹ xp̄i nō est fides sed opinio
tm̄ que pōt esse de falso. q̄si diceret.
nō ꝓpterea derogatur veritati fidei
ꝙ hostia eleuata ⁊ nō ꝯsecrata ado-
ratur. sed ꝙ hui⁹ occasione fideles
debeant sub conditione adorare. H
nō dicit i hac sua causa motiua. q̄d
est p̄mū in suo documento tacto.
Nec etiā possum⁹ elicere ex scd̄o in
illo documēto tacto vbi facit mētio
nē de ꝯditione cōsecratiōis que est
p̄ma īter tres supra enūeratas. Nā
cuꝫ dicit. Sed credere ꝙ sub illa ho
stia si in forma debita cōsecrata fu-
erit sit corpus christi est fides. ⁊ hoc
semper infallibiliter est veruꝫ. Hoc
doctor ideo dicit ꝙ cum supra dixe
rat ꝙ in casu quo quis hostiam ele
uatam ⁊ non consecratam adora-
ret non propterea censendū est fidi
falsum subesse ⁊ vnus quereret q̄d
ergo censendum est de veritate fidi
quo ad hostias eleuatas. Rn̄dit q̄d
iſſent deſeruire illa munera ad refe
ctione corpalē. Jō cū h̄ ſacr̄m diui-
niſſimū ſimplr̄ ad nutrimentuz aie
ꝑ corpales ſumptōes ſpē̄r panis ⁊
vini ſub q̈bus ver̄ xp̄i corpus ⁊ ſan
guis ſumit in anime refectōem. nō
debuit p̄figurari. niſi per illas figu-
ras q̄ hmōi refectōem directe exp̄-
mere poſſent vt ſunt ille tres figure
⁊ nō alie due. Jn ſpāli vo lz diffici-
le ſit ad intelligendū tn̄ magnā con
fert noticiā. ⁊ ex ancedenti deuotio
nis ardorē intellectis vicz miſterijs
cur ſufficiēter ꝑ has tres figuras h̄
ſacr̄m p̄figurat. Sicut ei nihil ama
tur niſi cognitum. ita et nemo am-
plius afficitur huic ſacramento. ni-
ſi qui ip̄m ſane intelligit ⁊ profun-
de ⁊ quantum profundi⁹ tanto ma
gis afficitur. Ponatur ergo popu-
lo cū hoſtia eleuat in miſſa aut tibi
amminiſtrat in cōione. Primo vi-
des ſpēm albā panis. quā nō d̄bes
adorare vel credē eſſe corpus dn̄i. ſ;
credere ſeu agnoſcere hoc eē qd̄ vi-
des. ſ. eſſe vnā ſpēm albam vni⁹ pa-
nis decocte. Eſſ; ei nob magnū on⁹
impoſitū. ſi aſtricti eſſemus ad cre
dendum. vt hoc qd̄ videmus ſcilicz
ſpeciem albam panis eē corp⁹ xp̄i.
cum fides ſit de non viſis Eſt ergo
aliud qd̄ nō videt et tn̄ credē opor-
tet eſſe ſb̄ illa ſpē panis alba poſt cō
ſecratōem a ſacerdote factā. ⁊ h̄ eſt
corpus xp̄i gl̄ificatum. vt ſedet a de
xtris p̄ris. ⁊ q2 vbicūq; eſt xp̄s ibi ē
⁊ eius diuina virt⁹ ⁊ efficacia. iuxta
illud Luc. vj. Virtus de illo exibat
⁊ ſanabat omnes. Jdeo tercio cōſi-
deratur virtus ⁊ efficacia in hoc ſa-
cramento. Et quia hec tria. ſ. ſpeci-
es exterior panis. res contenta inte
rius vt eſt corpus dominicū. effect⁹
cauſat⁹ ab ip̄a re. ſ. xp̄o ꝯtento quez
ſumens cōſeq̈tur. ſufficienter expri-
mūtur per has tres figuras. vtpote
ſpēs panis ⁊ vini ꝑ oblationē mel-
chiſedech in pane ⁊ vino. Res etiā
cōtenta. ſ. xp̄s per eſum agni paſca-
lis. q2 ſicut ille cōmeſtus fuit. vt in
ſeq̈ntibus patebit. ita ⁊ nos hoc ſa-
cramentuz deuote ſumim⁹. Effect⁹
etiā ſacr̄i ꝑ ip̄m māna in q̄ ois dul-
cedo repiri potuit a deuote ſumēti-
bus. ideo hec tres figure ſufficiunt
ad plenā hui⁹ ſacr̄i p̄figurationem.
Nec obſtat. ꝙ mgr̄ tangit et docto-
res ſcribentes de aq̄ ⁊ ſanguie vt flu
xerūt de latere xp̄i. q2 eq̄ reducit ad
p̄ntationē effectus paſſionis xp̄i cū
ip̄a manna. nec tenet figure ꝯpricta
tē vt alia tria cū potius i noua lege
tal' efficacia demōſtrata fuit. Ter
Tercia ps ſmonis
cia ps ſmonis patebit in ſeq̈nti ſer-
mone cū alijs tribus ſeq̈ntibus ſer
monib⁹. Tantū vt ſup tria iam enu
merata vt eſt ſpecies panis. res con
tenta. ⁊ virtus cauſata. practicā ha-
beamus ⁊ doctrinam per geſta ſan
ctorum ꝑponitur mirabile factum.

Exemplum

Ab exemplo efficaciter probatio

Beatus Greg. dum cuidam matrone nobili romane corpus xpi dare voluisset & verba consueta proferret. Dicēdo. Corpus domini nostri ihu xpi proficiat tibi in vitam eternā. Illa continuo subrisit. Diceret aliquis intellexit ne mulier latinū. vt ex vbis Gregorij rideret. Dicit q quia corpus xpi in latino plurimū concordat cum ytalico dicendo. El corpo di xpo &c. ideo subrisit sequit At gregorius subito manū retraxit & sacramētum super altare posuit causamq sui risus coram omib9 circūstantibus q̄siuit. Que territa et crimē sue infidelitatis occultare volens stricta tamen per pontificē respondit cū tremore risi. quia panez hostie excoxi et vos eūdem corpus xpi appellatis. Subito bea. grego. circūstātes deuote orare fecit. & ipse ad oratōem ante altare se contulit. vt hec incredulitas a corde mulieris abscederet. Et ecce mox species alba panis in spēm carnis cruentate cōuersa fuit. & oibus sic ostēsa. laudes altissimo acclamant & ois ambiguitas de corde mulieris expellit

Tercia pars sermonis

Vex qr corpus dnicū nō ē sub miraculosa spē sumendū vt in. ij. parte patebit. Ideo cūctis oratibus et ipo pontifice sctō orāte. spēs miraculosa abscessit & pristina spēs alba rediit. & mlier cōicata fuit. i fide sincera semp pmanēs vsq in finem vite. Ecce quō pdicta tria p tres figuras pmoustrata vt tactū fuit declarat p hoc miraculū spēm videlz panis nō esse adorandā vt xpm. quia nō ē. ꝫ est accidēs sine subiecto eyn zufal on grunt & pmittitur a deo sic stare. vt corpus xpi sit inuisibile et valeat adorari quia fides est nō visis q significatur p agnū pascalem sicut primuz per oblationem melchisedech & terciū per manna. Potest pdicator si vult addere doctis q intelligūt qd primū. s. spēm panis vocāt doctores i eoz scriptis super qrtū sen. di. viij. sacrm tm. Secūdū vo. s. corpus xpi ab intra contentū inuisibiliter. nomiant res & sacrm. res vicz primi q ē sacrm tm. i. sacre rei sup. corpis xpi signū. & tercium id est effectum vocant res tm qr nihil signat vlterius.

Sermo tercius tractat de expositione prime figure eucharistie. s. manne q ad eius octo mandata.

Patres vestri manducauerūt manna in deserto & mortui sunt. Qui mādūcat hūc panem viuet ineternū. Jo. vj. Thema mutat qr tota materia erit de pma figura huius sacri. s. manna quō p eā significat dulcedo deifica corporis xpi. i eo q q digne suscipit. Sz pus salutet vgo. in cui9 vgineo vtero h panis celestis igne spūssancti decoctus ē. Diuisio sermonis nō ponit qr ē tercia ps smonis pcedentis in qua documentū det quō vnaqq figuraz triū enūeratax possit psignare h sacrm & agitur primo de māna cū sit vltima in ordine qr finis ē primū in intentione & causa causax. ij. phisic. Et fundat pñs ser. sup duo saluberria documēta. Prio sup ipi9 māne ad eucha. sacrm cōuenientissimā pfiguratōez. Scdo sup ipi9 māne ad eucha. oim pprietatū corrūdētiā. Et declarāt he ptes p suas qoes Prima sup questōnē vnam & eius

solutionē. Secunda sup ꝓprietates manne ad xp̄i corporis significatōnē. Ad pͥmū ē q̄o. an manna fuerit ꝯueniens figura eucharistie. ꝛ causa difficultatis est qđ Sap. xviij. dr̄. ꝙ manna habuit saporē oīs suauitis ꝙ nō conuenit huic sacramento eo ꝙ superfluerent alia sex sacramēta si anima repiret in hoc sacramēto oīs gratie refectōem que intelligitur per omnē suauitatē. ꝛ sic hō non indigeret. nec baptisari. nec cōfirmari. aut a peccatis absolui ꝛc̄. ƺ tm̄ corpus xp̄i sumere qđ est falsuz ergo nō est manna figura conueniens Eucharistie sacramēto quia nō habet conuenientiā. R̄n. ſm thom̄. in hoc quarto scripto sentē. dis. viij. arti. ij. q. ij. in solutōne q̄rti argumēti. ꝙ quia trib⁹ modis hoc sacramētum habet omnē spūalem saporem Jdeo bene figuratur per manna ꝙ etiam tale habuit. Nam pͥmo qꝛ cōtinet fontē oīs gr̄e. s. xp̄m. a q̄ omēs gratie sacramētales originānt. Jdeo dicitur māna. ꝙ omnē habuit saporem cuiuslibet cibi corporalis. Et si dicatur ꝙ sufficeret in eccia ipum solum sacramentū. R̄n. ꝙ quia diuersi morbi diuersas volūt hr̄e medicinas. qꝛ nō sanat calcaneū qđ sanat oculū. ꝛ sic de alijs. Jdeo cum homo diuersis grauatur infirmitatibus scilꝫ originali veniali ꝛ mortali culpa. ꝛ hoc ex multiplice radice. videlicet ignorantie. carnis infirmitate. ꝛ malicia. Jdeo oportet habere etiam diuersa sacramenta. tanq̄ꝫ diuersa medicamina. vt videlꝫ maliciam expellat fons bonitatꝭ ꝛ gr̄e sicut penitētia mortalē. et baptͥmus originalem culpā. ꝛ sic de alijs. Secūdo mō dicit omnē saporē suauitatis cōtinere sicut manna eo ꝙ cū alia sacramēta nō deseruiūt ad sensum gustus ꝛ saporis sed solum tactus. vt baptismus. extrema vnctio ꝛc̄. Jdeo solum eucharistia habꝫ sicut mana. qđ quia solū ad sensum gustui deseruiuit corpaliter. Jta eucharistia solū spūaliter. videlicet ꝙ nullū aliud sacramentum gustū reficere hēat. sicut māna soluꝫ gustui deseruiebat. Addit thomas vnum terciū modum ƺ isti duo sufficiāt ꝛ tm̄ de pͥma pte sermōis. Quo ad scđam ptē sup vtriusq̄ꝫ tā manne q̄ꝫ eucharistie ꝓprietates q̄liter mutuo correspōdeāt sicut figura et figuratū. Est notandū ꝙ de manna erant octo mandata iudeis a deo data. scꝫ vt manne colligerēt. Secūdo ꝙ ad sufficientiā nō vltra. Tercio tali sufficientia exprimebat̄ p vnam mensuram gomor. q̄ erat quantuꝫ quis ambab⁹ manib⁹ concludere posset. Quarto vt nihil seruarēt vsq̄ꝫ i crastinū. Quinto vt sexta feria colligerent duplū. Sexto vt seruarēt vnū gomor. Septio vt in sabbato illud comederent reseruatuꝫ. Octauo vt implerēt gomor ad obseruandū in tabernaculo Ex his etiā octo mādatis duplex pena sequebatur qui nō seruabant. vna ꝙ illi q̄ vltra p̄dictā mensuram gomor collegerant. non contenti de illa mensura. de mane alterius diei nihil reperiebant. Secūda erat ꝙ si aliquid reperiebat̄ illud tamen scaturiebat vermib⁹. A simili octo sunt nobis mandata de eucharistie sacramento. Pͥmū vt nno vespere aut de sero per circulū anni cōsecret̄: ƺ de mane ꝛc̄. duplici

Diuisio sermonis sup duas q̄ōes

Q̄ō prima An manna fuerit cōueniens figura eucharistie

Trib⁹ modis hoc sacramentuꝫ habet oēm saporem in se sicͭ māna

Scđa pars sermōis ꝙ ꝓprietates octo manne conueniunt eucharistie

ratõe. Primo q2 in reuerentiã cedit
vt os sumẽtis nõ sit inq̃natũ prius
alio cibo. sicut nec vginis vterꝰ aliꝰ
inhabitauit ante nec post. in q̃ etiaꝫ
de mane in aurora ſm albertũ sup
missus est conceptus fuit. quia sta
tim post discessũ angeli surrexit ab
orone ⁊ ad salutationem Elisabeth
ꝓperauit. Scdo ideo mane. vt sicut
surrexit in aurora cum corpe glori-
ficato ita ⁊ nos ipm corpus glorifi-
catum xpi non in sero aut vespere ß
mane celebramus in ecclesia. Nec
obstat ꝙ in nocte natalis celebrat
aut in certis locis semel in ãno mis
sa de sero celebratur. cum hec fiant
ꝓpter certas spũales causas. Verũ
lralis sententia. der schrifftlich sin.
quare iudei de mane habebãt colli
gere. est ſm Josephum. ꝙ terra illi
us deserti. vespere erat calida ꝓpter
diurnũ solem ⁊ sic liquefactũ fuissꝫ
⁊ mane tempus frigidũ ⁊ magꝭ cõ
gruũ collecture. Deus aũt mysticũ
voluit sensum sicut ⁊ ꝑ totam sacrã
scripturã habere quẽ maiores iter
eos intellexerũt ⁊ non simplices q̃
bus sufficiebat vt pascerent iuxta
boues arãtes vt exponit greg. illud
Job. j. Boues arabãt ⁊ asini pasce-
bant iuxta eos. asini. i. simplices i fi
de. adhuc pascũt iuxta boues. i. do
ctiores ⁊ pfectiores i eccia. Scdm
mãdatũ Exo. xvj. vnusq̃sqꝫ collige
bat q̃tum sufficere poterat. exprime-
bat qd q̃ hẽbat familiam ampliꝰ in
digebat ad vniꝰ cuiꝰqꝫ sufficientiã fi-
gurabat ꝙ q2 hõ ad dei ymaginem
creatus est. ideo sic in nullo potest
cor eius q̃etari nisi i summo bono
cuiꝰ ymaginẽ gerit ita tota eius suf
ficiẽtia i deo posita ẽ. in fruitiõe di-
uinitatis et hũanitatis xpi iuxta il-
lud saluatoris. Hec est vita eterna.
vt cognoscant te solũ verũ deum ⁊
quem misisti ihm xpm. Terciũ mã
datũ vt pro qualibet ꝑsona collige
ret mensura gomor quã mẽsurã ali
qui dicũt triũ modioꝝ. i. q̃ntũ triuꝫ
onerũ teste capere possent qd ideꝫ
ẽ quã due manus icludere pñt. Siꝰ
gnificabat ꝙ fides trinitatis ad mẽ
suram ẽ posita. vt circa illam nemo
plus sape velit q̃ȝ sape oportet. sup.
ad sobrietatem. Ro. xij. duabus au
tem manibꝰ includit mensura fidei
q2 sine operibus fides mortua est.
Sed nota ꝯ modernos hussitas he
reticos. hoc mirabile qd in illa col-
lectura contingebat. dum illis qui
vltra mensuram gomor non contẽ
ti amplius collegebant. miraculo-
se contingebat ꝙ non amplius iue-
niebat in cistis seu in vasculis ⁊ qꝫ
residuum disparuitꝰ. vnd dicitur in
textu Exodi. xvj. Nec qui plus col-
legerat habuit ampliꝰ nec q̃ minꝰ
parauerat reperit minus. Perfidi
heretici putant se plus accipere i sa
cramẽto eucharistie sub vtraqꝫ spe-
cie cõmunicando. q̃ȝ nostri veri ca-
tholici extra celebrationem altaris
siue sacerdotes siue layci cõicant sꝫ
vna specie panis. Clamat cõtra eos
non tam presens figura. q̃ȝ ⁊ ipa ve
ritas que ptinuevt sic de vna specie
panis loquitur in euangelio. et ra-
rissime de duplici ꝙ videlicet vitaꝫ
gratie confert. non faciendo mentõ
nem de alia specie vini. vt ibi panis
quẽ ego dabo caro mea ẽ pro mun
di vita. Item qui manducat hunc
panem viuet in eternum. ⁊ sic pl'es
possent deduci auctoritates euãge-

Nota ꝯtra hussitas doctrinā validam

lice in quibus nūlla fit mentio de specie vini. Sz ꝛ ħ qđ eos seducit. Nisi manducaueritis carnem filij hois ꝛ biberitis eius sanguinē non habebitis vitā in vobis. Māifestū est ꝙ xp̄s loquebatur de sp̄uali refe fectōne q̄ oēs xp̄o incorpati particiꝑant de eius corpe ꝛ sanguine. Juxta illud augustini. Crede ꝛ mādu/casti.

Quartum

Quartū mandatū vt nō relinquerent in crastinū. Ad designādū crastinū mortis ad qđ nemo differre debet sua fidei opa. ad Gall. vlt. Dum tp̄s habemus opemur bonū

Quintum

Quintū mandatū vt die sexto colligerent. Significat ꝙ in xp̄o q̄venit in sexta mōi etate habem⁹ duplicez refectionē. s. in aia ꝛ corpe p gloriosam resurrectōnē. Juxta illd supi⁹ inductū. Hec est vita eterna vt ꝯg. te. so. vex deum ꝛc.

Sextum

Sextū vt alterū gomor reſuaret in sabbatū ꝛ illud non corrūpebat. Significat ꝙ opa nostra q̄ recta intentōne facim⁹ hn̄t suam mercedē in sabbato. i. requie eterna. q̄ aūt sinistra intētōe fiunt v̄mibus corrūpunt. Juxta illud vermis eox non morietur. suple in inferno.

Septimuz

Septimū mandatū vt i sabbato reſuatum mannā comederet. Ad significanduz ꝙ in futura vita nulli licebit opari sed quilibet p̄miabitur sabbato. i. requie sempiṫna.

Octauum

Octauuz vt inferrent gomor ad reseruandum illud in tabernaculo p Aaron. Exod. xvj. Significat ꝙ sic in medio iudeox necessarium sacerdotium erat aaron vt sic seruaretur ad mēoriā in synagoga. Jta p summos pōtifices ꝯſuaṫ eucharistia in fidelīū refectōz ꝛ mēoriā saluatoris ꝛ sue passionis. Juxta illud xp̄i instituentis ħ facite i meā ꝯmēoratōz

Exemplum.

Qđ eucharistia hꝫ reficē aīam cū sapore oīs suauitatꝭ vt in p̄ncipio s̄monis tactū fuit p ꝯpatōz ad māna bn̄ ꝯpēdit in illis q̄ absq̧ corpali cibo solūmō p sūptōz deuotā eucharistie multis ānis vixerūt. vt de btō Nicolao hēmita in ptib⁹ suitie. veridica extat narratio quod vltra. xiiij. ānis absq̧ corpali cibo vixit solummō singulis mensib⁹ ꝛ p̄cipuis festiuitatib⁹ dn̄icū corp⁹ sumendo vt sua relatio ꝛ siłr sui plebani ꝯfessoris me certū reddidit. Qđ vtiq̧ solū diuia cābat virtus ip̄m oīni sapore suauitatis replēdo ꝛ famē oīs cibi corpalis ꝛ saporis extinguendo. sic māna in sumētib⁹ digne sapore desideratio cuiuscūq̧ cibi corpalis satiauit ꝛ ibi corpaliter ħ sp̄ualr. vn̄ ibi satiauit corpalē appetitū. ħ extiguit corpalā ꝛ satiat ac excitat spiritualē dulcedinē. Siłr recitat Cesari⁹ i dyalogo. De femina que solita erat cōicare ex pmissione sacerdotꝭ singulis diebus dn̄icis. Et qꝛ sustētabatur de dn̄ica in dn̄icam p sacraz cōionez. Jta ꝙ nec corpałr esuriret idicauit ħ sacerdos epō. Qui vt vir prudēs dn̄ voluit expiri ne aliq̄d fallacie ibi eēt ait sacerdoti. Da ei hostiā nō ꝯsectā. Et dū sacerdos ħ fecisset stati mulier cepit mirabłr esurire. Et currēs ad sacerdotē ꝯfessa ē se grām p̄stinā ꝑdidisse ꝫ p quā culpā igraret. At sacerdos ħ intellecto dedit ei vex xp̄i corp⁹. Ex q̄ pꝫ qūo sep eomi sapore suauitatꝭ vltra oēz corpalē cibū defic̄ tāq̧ vex māna ħ q̄ scribiṫ. panē de ce. p̄sti. eis oē delectamētū suauitatis in se hn̄tem.

Sermo quart⁹ tractās de secūda figura sacramenti eucharistie sup oblationē melchisedech.

Melchisedech rex salem pferens panē z vinū. erat eñ sacerdos dei altissimi bñdixit abrahe. Thema deseruit ad secūdā figuraz huius diuinissimi sacramēti sup eo qd quotidie celebratur i ecclesia a sacerdotibus q̄ hoc conficiunt sub duplici spē panis z vini. sicut melch. in eius figurā obtulit panem z vinū. de qua figura q̄z tractādū erit. Salutabimus primo virginem gloriosam. z post eius declarationi erit insistēdū quo ad triplicez doctrinā salutarē quaz. Prima est ipius oblationis melchi. recitatiua pfiguratio. Secūda ipius pfigurationis aptissima reseratio. Tercia cuiusdā erroris p ipam pfigurationem refutatio. Sup has ergo ptes triplex est q̄o pertractanda. Prima in q̄bus z qualiter illa oblatio figurabat nostrā quotidianā oblationē hui⁹ sacri corpis et sanguinis xpi. Scda cur vtraq3 spēs sit necessaria in tali oblatōe. cū tñ sub vna earum sit integer xpus. Tercio cur pplus seu etiā sacerdotes nō celebrātes solū sb vna spē panis cōicāt cū tamē melch. etiā laico abrahe ambas obtulit spēs. Quo ad primum nobis tria dant documēta. Primo super historiā geñ. xiiij. qua de cā oblatio facta fuit abrahe reuertēti a cede q̄tuor regū ab ipo melch. deduc hystoriā ad placitū. Secūdo q̄re idez melchisedech representabat xpm z est ratio. q2 nō legit de ei⁹ pře z matre lz hūerit tñ nō fit mentio de eis. eo q vere figurabat eum cuius generatōem nemo enarrare pōt iuxta illud ysa. Generatōez eius q̄s enarrabit: quia videlicet generationem eius fm diuinitatem vbi habet patrem sine matre. ac etiaz fm humanitatem vbi habet matrem sine patre nemo enarrare aut explicare pt vtriusq3 vicz natitatis misteriū. Et hoc qd dictū ē q habuit přez z matrem melch. lz de ipis nō legitur est sciendū q historie tradūt eundem fuisse seth filiū Noe. q̄ a tpe diluuij vsq3 ad illa tempa supuixit edificādo ciuitatem salem q̄ z hierusalem prius iebusalem a iebuseis inhabitatam z instauratam vere significās regem celestis hierusalem xpm saluatorē q̄ in terrena ciuitate hierusalem celeste nobis regnū p oblatōez sui pciosi corpis z sanguinis in ara crucis factā cōquisiuit offerens nō panē z vinū sz qd sb eis a nobis sumitur z colit. s. corpus z sanguinez cum anima z deitate. Tercio notabis q hec figura in oblatōe melchisedech excedit om̄es alias figuras. vt est manna z agnus pascalis quātum ad ritum sacrificij id ē handeltum des opfers eo q hmōi figure non in modum sacrificij fuerūt explete nec etiam per sacerdotem solūmodo explete. manna eñ nō offerebatur sicut nec agnus pascalis sz om̄i populo indifferenter ad edēdū exponebat. Hic aūt sacerdos dei altissimi vt text⁹ habet cū dicit. Erat eñ sacerdos dei altissimi significās illū summū sacerdotem xpm. de q̄ ps. expost locutus ē dicens. Tu es sacerdos in eternū fm ordi. melchi-

Diuisio sermonis sup tres q̄ones

An oblatō melch. fuit cōueniēs figura eucharistie

sedech. oblationē ꝑfecit i sui corꝑis
⁊ aie oblatōe. Ubi iteꝝ notare po-
tes ꝓ tercio ꝙ xp̄s voluit noīari sa-
cerdos ꝑm or. melch. q̇ fuit tꝑe legꝭ
nature ⁊ nō ꝑm ordinē aaron. q̇ fu-
it sacerdos legis scripte. eo ꝙ cū cri
stus voluit euacuare legē scriptam
non autem legē nature quia adhuc
in tempore gratie viuimus ꝑm legē
nature. non autem legis scripte q̇a
non decet nos iudaisare. Ideo xp̄s
legis gr̄e lator debuit nūcupari sa-
cerdos ꝑm ordinem melchisedech.
⁊ non aaron qđ etiam apostolus ꝓ
magno argumento adducit contra
iudeos ad Hebreos. vij. inducens
ꝙ legis translatio facta est vbi sacer
docij aaron translatio id est euacua
tio facta est cum propheta affirma-
uit cristum futurum sacerdotē. ꝑm
ordinem Melchisedech ⁊ non ꝑm
ordinem aaron. Ex hoc etiam patꝫ
veritas illiꝰ ambrosij. vt allegat ma
gister in textu. ꝙ anteriora id est an
tiquiora sunt sacramenta cristiano-
rum q̄ꝫ iudeorum. quia videlicet in
ceperunt nostra sacramēta tempo-
re legis nature in oblatōne melchi
sedech quo ad significationem qui
diu precessit ante tempus legis scri
pte a Moyse vbi inceperunt figure
manne ⁊ agni pascalis ⁊ tm̄ de pri-
ma ꝑte sermonis.

Secūda ꝑs ꝑmōis cur hꝫ sacr̄m cō ficiṫ sb̄ vtraqꝫ specie cū tn̄ sb̄ vna fit ꝑfectum sacramentū

Sed quo ad se
cundam questōnē pro secunda ꝑte
sermonis. Dum non sine causa di-
scutiendū ē. cur vtraqꝫ spēs panis ⁊
vini ad hoc sacramentū debent cō-
currere. grauaṫ eñ questio per hoc
ꝙ in vna spē totus vt sepe tactū est
⁊ tangeṫ. cōtineṫ xp̄s in sua totali ⁊
corporali presentia cum corꝑe glo-
rificato sicut ē in celo ꝙ quidē asse-
rere si tū dubitares. habes pro cau-
sa hoc qđ necessario hēmꝰ asserere.
ꝙ vbi gutta sangnis existit. ibi totꝰ
⁊ integer sanguis etiāꝫ intra venas
inclusus. et vene in corpore glorifi-
cato contente. ⁊ vbi corpus viuum
ibi etiam anima ⁊ hec duo cōiūcta
diuinitati et huiꝰ silitudinē. accipe
ex eo ꝙ si in triduo q̊ xp̄s mortuus
fuit in cruce aliq̇s apl'oꝝ ꝯsecrasset.
tunc sub specie panis fuisset solum
corpꝰ xp̄i mortuū. sine sanguie ⁊ si-
ne aīa. ⁊ sub spē vini. solus sanguis
sine aīa ⁊ corꝑe. licet diuinitas vtro
biqꝫ mansisset cōiuncta. ⁊ hoc iđ q̇
sicut erant in reꝝ natura oīa sepa
ta. Vñ etiā ꝓ nunc oīa sunt cōiū
cta. mō quo dictū ē. quare videṫ ꝙ
cōsecratio sub vna specie suffecisset
nec oblatio melch. ait figura debe-
ret concurrere cū spē panis ⁊ vini.
Itē grauaṫ q̇o. ꝙ fidelibꝰ daṫ soluꝫ
vna spē in cōione q̇ vinum qđ post
porrigiṫ nō ē sanguis ꝯsecratꝰ. ⁊ su
miṫ ꝓ ablutōne oris. ⁊ non pōt dici
qđ nō porrigaṫ fidelibꝰ integꝝ ⁊ ꝑ-
fectū sacr̄m in xp̄i corꝑe et sanguie
aīa ⁊ deitate. Rñ. ꝙ hꝫ sacr̄m eucha-
ristie notaṫ ⁊ practicaṫ in eccīa duo
bus modis. Prio vt sacrificiū ⁊ sa-
cramentū siṫ. Scđo vt sacr̄m tm̄. ⁊
nō vt sacrificiū. Prio practicaṫ i ec
clesia ꝑ missaꝝ celebratōnes. Scđo
mō qñ extra talē celebratōeꝫ suīṫ tā
a cl'icꝭ q̄ꝫ a laycꝭ tꝑe ꝑuate cōionis.
vicꝫ i festo pascatꝭ aut tꝑe īfirmitatꝭ
vl' alterꝰ nec̄itatꝭ. Et q̇ p̄mo mō n̄
p̄t practicari gehandelt werdē. nisi
sb̄ duabꝰ spēbꝰ panis ⁊ vini. Scđo
ꝟo mō sufficiēter ꝑ vnā spēm pais
ideo cōuenienter vtroqꝫ mō practi-
caṫ qđ sic d̄claraṫ. nā oblatō melch.

q₂ figurabat p̄mā practicā. eo qđ et ipe sacerdos fuit dei altissimi p̄figurās xp̄i sacerdotiū. iuxta illud. Tu es sacerdos ineternū ſm or.melch. vt supra tactū fuit. q̄ etiā saluator se ip̄m obtulit in sacrificiū đo p̄ri se orsum in sp̄ē ꝓpria corp⁹ ꝓpriū. ꝛ sāguinē in sp̄ē rubea. Ip̄e etiam sacerdos in altari rep̄n̄tat xp̄i sacerdotiū ꝛ eius oblatōnem. Jō cōueniēt due sp̄ēs practicāt i altari i mēoriā illi⁹ sacrificij corpis ꝛ sanguinis xp̄i.eorūdemq₃ ab inuicē sepatōem .ſb duabus vt tactū ē sp̄ēb⁹albi corpis ꝛ rubei sanguinis.p sp̄ēm panis ꝛ vini. cū ꝛ panis in nutrimētū corpis ꝛ vinū in nutrimētuȝ sanguis deseruit. Nec ꝯ si p̄dicator velit allegare alias rōnes quas sancti doctores i eorū scriptis p̄cipue tho.in.iij.pte sū me.q.lxxvij.ꝛ q̄rto suo scripto dist. xj.Et bonaū.etiā eadē dist.deducūt precipue in quarto. An duplex sit materia hui⁹ sacri.nō erit inutile. licet hec q̄ tacta sunt ꝓ poplo magis deseruiūt.q̄ꝫ multis vti rōnib⁹. Pro secundo đo vt hoc sacr̄m practicat nō p modū sacrificij.ꝫ solū vt valeꝛ prodesse vnicuiq₃ ꝓ sua vtilitate ꝓpria.ꝛ ꝙ sic deseruiat sufficient vna sp̄ēs.s.panis. declarat.Nā vt dictū ē.quando hoc sacr̄m practicat in altari a sacerdote.tūc offert in memoriam illius sacrificij . qđ xp̄s p̄fecit in ara crucis.ꝛ quia illud sacrificiū fiebat in salutem viuoꝝ ꝛ defunctorum tam preteritoꝝ q̄ꝫ futuroꝝ mortuorum.ꝛ sic etiaȝ sacerdos in altari offert ꝓ viuis ꝛ defunctis . Quali modo non sumit quādo aliquis seorsum cōicat.q₂ tūc solū recipit ꝓ sua salute propria.in remissionē videlicet suoꝝ peccaminū oblitorū.ꝛ augmentū diuie caritatꝭ vt patebit in.iij.pte opis.vbi de efficacia sacri tractabitur. Ideo sufficit vt sub vna specie.s.panis.hoc sacramentuȝ sumat. Et si fortassis dubitares. An plus sub sub duab⁹sp̄ēb⁹ sumitur. q̄ꝫ sub vna. seu ꝙ sacerdos in altari plus sumeret q̄ꝫ extra altare in p̄uatis. Sciendū est ꝙ in altari nō plus sumitur q̄ꝫ species vini. quia lꝫ sub illa specie etiam sit xp̄s tamen sicut in omibus mūdi hostijs consecratꝭ non ē nisi vnus xp̄us. ita a fortiori non est amplius sub duabus sp̄ēb⁹ nisi vnus xp̄s. ꝛ quia ſb vna specie sumit vnus xp̄us sicut sub duabus ideo nō amplius sumit sub duab⁹ sp̄ēbus q̄ꝫ sub vna. quo ad ip̄am reȝ cōtentā.s.xp̄m.Et hoc etiam p̄mōstratum fuit in māna figura huius sacramenti.de quo vt supra tactū ē textus habet nō plus habuit q̄ collegerat ampli⁹ q̄ꝫ qui min⁹ pauerat Et quia đtus sacramēti ꝓcedit nō a sp̄ēbus ꝫ a re contenta.s.xp̄o. Ideo etiā nō minus p̄cipitur de efficacia ꝛ grā sacrali sub vna specie q̄ꝫ ſb duabus .Et quia tota hec materia cōtra modernos h̄ēticos hussitas deseruit.ideo cōcludam⁹ ſmonem in eoꝝ cōfutatōnē ꝛ fidei catholice cōfirmationē.p ip̄am terciā q̄stionem

Cur non celebrantes sacerdotes et layci cōmunicant sub vna specie.cū tamen abraham laycus recepit ab melchisedech sacerdote panis ꝛ vini oblationem.Et qđ licet in p̄missis iam tactis pateat veritas.ꝙ nō ē necessarium extra celebrationē missaruȝ.sumere sub duplici specie. eo ꝙ sumitur solum vt sacramentuȝ et

Tercia ps ſmōis cur nō celebrātes cōicant ſb vna sp̄ē.

non vt sacrificiū ⁊c̄. tm̄ vt ꝓprijs eo-
rum telis ⁊ argumentis quib⁹ suū
errorem defendere nitūtur proster-
nam⁹. Hec pauca hic addenda sūt
licet varij contra eos tractatus ad
longum confecti sint Stat em̄ eoꝝ
fundamentum principaliter in du-
obus. In auctoritate Joh. vj. Nisi
manducaueritis carnem filij homi
nis. ⁊ biberitis eius sanguinem nō
habebitis vitam in vobis. Et super
practicā xp̄i in cena tentam in q̄ di-
scipulos sub vtraq₃ specie cōicauit.
Ita ꝙ alie auctoritates sanctorū q̄
ab eis allegantur solū in defensio-
nem illius vtriusq₃ fundamenti ad
ducunt. Sed quod neutrū illoꝝ eis
deseruit patet ex verbis textus pre-
suponendo qđ est duplex mandu-
catio sacramētalis. et spūalis. p̄ma
fit ex manib⁹ sacerdotꝰ. secūda fit ꝑ
fidem ⁊ grām. Nā cum xp̄us dicat
Non habebitis vitam in vobis. ni-
si mādaucaueritis carnem ⁊ biberitꝰ
eius sanguinē. Manifestū ē ꝙ loq̄-
tur de spūali sūptione. ꝑ quā incor
ꝑamur xp̄o ꝑ fidē iuxta illud. vt q̄d
paras dentem aut ventrem. Crede
⁊ manducasti. aug. sup̱ Johā. Et ꝙ
hoc verum sit patet per hoc qđ dic̄
non habebitis vitā suple grē in vo-
bis. Cum em̄ vita gratie solum ha-
betur quando q̄s efficit̄ mēbꝝ xp̄i.
quod quilibet per baptismū ⁊ fidē
efficit̄. ⁊ tunc vt membrū participat
corpori ⁊ sanguini xp̄i spiritualiter.
Ideo tunc dicitur manducare ⁊ bi
bere. Cogit etiam nos ratio ad idē
quia si vitam grē solū ꝑ sacramēta
lem sumptiōem eucharistie haberet̄
in nobis. tunc baptismus nihil effice
ret ad causandam vitam grē, qđ q̄r

est hereticū asserere. Ideo ⁊ hoc he
reticum ē. ꝙ xp̄s ibi de sacramētali
sumptiōne locutus sit quare ⁊ oēs
doctores sancti illā auctoritatē de
spūali manducatiōe exponūt. vt au
gusti. sup̱ Jo. ⁊c̄. oēs etiā ad h̄ sunt
moderni ⁊ antiq̄ docto. Et q̄dē q̄ ad
scōm vicē ꝙ nec practica xp̄i eis suf
fragat̄ p₃. q̄r ⁊ si xp̄us suos discipu
los cōicauit sub vtraq₃ specie. tamē
primā. s. spēm panis dedit eis vt lai
cis. ⁊ secūdā vt sacerdotibus ab eo
ordinatis. qđ pat₃. quia hec v̄ba xp̄i
Hoc facite in meā cōmemoratiōē
immediate subiūxit post primā spe
ciem panis datam. Lu. xxij. Et cū
per hec verba s̄m omnes postillato
res xp̄s ordinauit ap̄l'os in sacerdo
tes vt etiā ipa v̄ba sonant. Hoc fa-
cite sup. qđ ego feci vt albretus sup̱
Lucam dicit. supple panē accipien
do. benedicēdo. frangēdo ⁊ alijs di
stribuendo ⁊c̄. que oīa quia solū
sacerdotibus ꝯueniūt ⁊ nō laicis vt
notum est. Ideo ap̄l'i calicem bibe
rūt a xp̄o iā vt sacerdotes ab eo or-
dinati. Sileat ergo ꝑfidus heretic⁹
ex practica xp̄i in cena se volens de
fendere. Quare ⁊ rōnabiliter eccīa
statuit vt ꝓpter fidei ꝑiculum. ne vi
delicet credat̄ amplius ꝯtineri. aut
sumi sub duabus q̄₃ sub vna. Et eti
am ꝓpter periculum effusiōis ꝙ fa-
cile contigit circa vinū cōsecratum
⁊ ꝓpt̄ pl'a alia. vt fideles extra mis-
sam sub specie panis cōmunicēt. et
hec ad p̄ns sufficiant. ⁊ qđ tactū fu
it ꝙ melch. obtulit abrahe laico pa
nē ⁊ vinū. Gn̄. ꝙ obtulit deo excel-
so ꝓ abrae. vn̄ textus dic̄. benedixit
illi ⁊ ait. benedict⁹ abraā đo excelso
⁊ benedictus deus excelsus. qui fe-

cit celum et terras. et sic sacerdos offert deo pro populo in altari ambas species

Exemplum

Cum omnes sancti doctores de hac materia scribentes quod vicz populis sit sub vna specie cõicandus vt Tho. in tercia parte. Bonauentura Petrus de palu. Albertus Scotus. alexander tamen de Ales magnus doctor in suo quarto senten. recitat super hoc magnũ miraculũ tempore suo factum. Quod dũ quidam religiosi ex simplicitate instarent plurimũ. vt sub specie vini sanguinem xpi sumrent. putãtes quod sub illa amplius reciperent sanguinẽ xpi quam sub specie panis. Contigit vt quodã pio sacerdote coram eis celebrante et pro eis deprecante cum faceret fractionem hostie et ad patenã poneret totum concauũ patene videbatur repleri sanguine manãte ex particul diuersis. ad quod dum obstupescerẽt tã sacerdos quam layci velletque particulas in simul applicare et coniũgere. tũc totus sanguis reintrauit. Vnde eis dabatur intelligi quod eorum temptationi satisffiebat quod videlicet sub specie panis sicut sub specie vini totuz sumerẽt sanguinẽ xpi. et non aliter esset sub specie vini et sanguis quam sub specie panis et sic ab eorum petitione cessauerũt.

Sermo quintus tractans de tercia figura et in die cene predicandus si placet quia tractat de agno pascali quomodo sumebatur in veteri lege.

Edent carnes nocte illa assas igni et azimos panes cũ lactucis agrestibus. sauyrẽ salsen. Exo. xij. Tractandum est de tercia figura huius sacramẽti quã magister tangit in littera di. viij. in qua prefigurabatur res contenta sub specie panis. scilicet xps in sua corporali presentia sicut per manna effectus seu efficacia gratie et per oblationes Melchisedech species panis et vini que in alatari a sacerdote offeruntur. Sed prius salutetur virgo gloriosa Sermo fundatur super vnam dũtaxat questionẽ principalem. causa breuitatis. videlicet super modum cõmestionis agni paschalis. in duodecim punctis obmittendo modum immolationis agni eo quod ille plus deseruit ad effectuz eucharistie de quibus effectibus tractabitur in tercia parte operis. Hec in latino pro diuisione sermonis. dicat predicator. Post in vulgari. Sicut autem modus cõmestionis agni obseruabatur in duodecim articulis. ita et nos in sumptione eucharistie duodecim habemus obseruare. et tanguntur hec omnia saltim in sententia. licet non in propria verborũ forma. Per beatum thomam. prima secunde questione. ciij. articulo. v. in solutione secundi argumenti. nam cum primo dicitur quod debebant comedere carnes agni nocte. significat primo quod agnus qui ledere nescit innocentiam cristi prefiguraret quia et in lege precipiebatur vt esset sine macula masculus. que proprie conueniũt xpo sine macula peccati. Et quod nocte et nõ die esset sumẽdus. significat quod claram visionem de christo agno in hac vita habere nõ possumus. sic enim in patria expectamus. vñ illud

Diuisio sermonis.

Primũ preceptum de agno

apl'i. Videm⁹ nūc p speculū ⁊ i eni gmate. tunc aūt facie ad faciem eni gma dicitur obscura figura. ein fin ster gestaltnus. Qua etiaꝫ de causa certe religiones vt predicatorꝫ. ordo ex sinistra sumunt manu. domi nicum corpus in altari. sicut etiam in ecclesijs ad sinistrum latus reser uatur. ⁊ liber manet in sinistro altaris. vsqꝫ post sumptionē quia in cāticis dicitur. Leua eius sub capite meo. ⁊ dextera illius āplexabit me.

Scōm Secūdo cum dicitur q tm̄ i domo ⁊ non extra agnus comederent. significat q sacramenta solūmodo i eccia et non extra ecciam hn̄t suam efficaciā ⁊ pcipue dn̄icū corpus. qd̄ ē excellentissimū sacramentū inter om̄ia alia. cum fontē om̄is gr̄e corporaliter cōtineat. Unde augusti. super simbolū. Credo q non sit remissio pctōꝝ. nec virtus alicui⁹ sacramenti. nisi in hac nr̄a scā que romana dicit eccia.

Terciū Tercio dicitur qd̄ non crudas. nō semicoctas. non aq̄ lixas. sed igni assas. carnes agni debebāt comedere. que omnia Greg. expōit. Carnes crudas comedit oīs qui cristum purum hominē credit. Carnes vero aqua coctas comedit. qui eum communi modo. quo alij homines concipiūtur ⁊ nascuntur. conceptum ⁊ natum credit. cum tamen de spū sancto conceptus ⁊ natus ex vgine existit. Sed asse sunt igni in feru ligneo. q₂ in ligno cruc ex diuina caritate tāqꝫ ignē amor passus mōm rdemit.

Quartūm Qrto cū dr̄ q agnū cū panib⁹ azimis comederēt. significat sincerā consciam ⁊ puraꝫ cōuersatōem fideliū. q₂ pmū pro seipo. scōm bern̄. debet hr̄e. scōm ꝓx pximū. vn̄ dicit in q̄dā sermōe. Necessaria ē nobis sincera cōscia ꝓpter nos. Bona vo fama ꝓpter pximū. Et Greg. sup illud. j. Coꝝ. v. Epulemur in azimis sinceritatis ⁊ vitat. Panes sine fermento comedit qui opera misericordie sine admixtōne peccati pficit.

Quintum Quinto cum mandatum erat qd̄ comederent cuꝫ lactucis agrestibus. q̄ sunt multū amare significabat q corpus xp̄i debet sumi cū pnia ⁊ amara memoria pctōrū. Si queras. Nonne q̄ sibi in nullo conscius est potest cū gaudio suscipere. Respō. q qui sua nō deflet defleat aliena.

Sextū Sexto cum pceptuꝫ erat q accinctis renib⁹ comederent figurabat. q quia in renibus vigēt luxuriosi motus abstrahentes motus anime spūales in deū. Ideo ad vtriusqꝫ refrenatōem tam mētis q̄ꝫ carnis. renes accingi postulabat ꝓpheta cum dicebat. Ure renes meos. ⁊ cor meū. ⁊ sic q̄libet facere tenetur.

Spetimū Septimo pceptū erat q comedentes agnū calciamenta in pedibus deberent habere. ad significādū q illi qui corpus xp̄i sumūt calciamenta. id est mortuoꝝ sanctorꝫ exempla debēt habere in pedib⁹. i. affectionibus anime. quia sicut corpus per pedes. ita anima per suas vehit affectiones.

Octauum Octauo precipiebat q comedēs agnū baculū i manu tenebat ad den otādū bacl'm crucis cui⁹ mēoria in corde dū salubrit hr̄ etiā in ope custodit. vel fm glo. Grego. in suo pastorali. Dū prius precipit renes accingere post i manibus baculuꝫ habere significat. q₂ illi debent pastoralem curam suscipere qui iam i corde suo sciūt fluxū

Nonum

Decimū

Undecimū

luxurie domare. vt cum alijs fortia
p̄dicant: mollibus desiderijs nō suc
Nonum. cūbant. Nono erat mandatū come
dere festinanter: nec multū dentibus
cōterere ad designandū duo. Pri-
mū q̄ sm glo. interli. nescim⁹ q̄diu
nobis liceat sumere: ꝛ quid sup ven
tura pariat dies. Secundū q̄ nō de
bemus plurimū ꝯterere. i. mente re-
uoluere qualiter ꝛ quō integer chri-
stus cum corpe anima ꝛ deitate p̄so
naliter sub modice panis specie cō-
tinetur. ꝛ sic de alijs mirabilib⁹ que
diuina virtus ibi quotidie operat̃: ſ
simplicit̃ illa credere. ꝛ iuxta aposto
lum. Omnē intellectū nostrum ca-
ptiuū ducere in obsequiū fidei. cuꝫ
etiam sm Augusti. super Johannē
tota rō. i. cā facti est potētia faciēt. i.
dei oīpotētis. qd̄ etiā i sequēti decio
Decimū. p̄cepto clari⁹ exp̄mit̃. vbi dicit̃ q̄ ca-
put cum pedibus et intestinis agni
debeāt deuorare. schlicken. Glo. in-
terli. Caput agni. i. christi est diuini
tas. pedes sunt mysteria hūanitat̃.
intestina sunt occulta mystica ṽba ꝛ
mādata xp̄i. vorare est mentis auidi
tate sumere. Caput ergo cum pedi-
bus sumim⁹ quādo diuinitatē ꝛ hu
manitatē christi sicut in sacramēto
credimus ita auide amam⁹ ꝛ sumi-
mus. Intestina voram⁹ quando oc
culta mysteria que de⁹ ibi op̄at̃ non
curiose inuestigam⁹: sed ꝓ dei hono
re ita esse vt nobis fide ꝓponitur cre
vndecimū. dim⁹. Undecimo p̄ceptū erat vt de
illo agno nihil remaneret vsq̃ ma-
ne. ad designādum q̄ in vita p̄senti
solūmodo nobis concedit̃ sic sacra-
mentaliter sumere: ꝛ de eius occul-
tis mysterijs lumine fidei discutere
vsq̃ ad mane resurrectionis. in quo
ad plenū facie ad faciem intuemur
que iam fide occultātur. Significat
etiam q̄ si sacerdos cōsecrat vnā so-
lam hostiam de illa nihil oportet re-
seruare: sed totam sumere. nisi ꝓ in-
firmis plures consecraret ꝛ reserua
ret. Duodecimo ꝛ vltimo mādatuꝫ Duodeci.
erat vt si q̄d residuū remaneret vt os
sa vel similia deberent cōburi igne.
super quo verbo Grego. dicit. q̄d ex
agno remanet igne cōburim⁹: qr̄ ſ
qd̄ d̄ mysterio icarnatōis ei⁹ itelligē
ꝛ penetrare nō possum⁹ non cōtem-
nim⁹: ſ spūisancto relinquimus. ita
ꝛ ea que in hoc sacramēto intellige-
re non possumus: vt sunt profunda
mysteria: solūmodo om̄ipotētie dei
ascribimus in meritū fidei nostre q̄
est de non visis. quādo videlicꝫ cun
cta mysteria que deus operat̃ nō in
tellectuꝫ penetrare: ſ fideliter crede
re satagimus.

Exemplū.

Quidam tante deuotōis ꝛ fidei
erat ad hoc diuinissimū sacramētū
q̄ alijs dicere solebat. si scirē q̄ chri-
stus in forma ꝯpꝛia hūana sicut am
bulauit in terris transiret ante ostiū
ecclesie in hora eleuatiōis corporis
eius: non iret ad ostiū vt illum vide
ret ꝛ visionē sacramenti dimitteret.
ideo quia maius meritū sibi accu-
mularet visio sacramēti ꝓpter fidem
quam in corde gerebat q̄ꝫ vbi huma
nis obtutibus eum p̄sentem in mū
do cerneret. Ad idem deseruit que-
stio vbi querit̃: an nostra cōmunio
sit maior i merito q̄ꝫ fuit cōio aploꝝ
in cena vltima a christo ministrata:
Ubi doctores tradunt q̄ quia apo-
stoli viderūt saluatoreꝫ i carne p̄sen

tem. ⁊ hoc sacramentū corā corꝑali-
bus eoꝝ oculis instituentem. Credi-
derūtqꝫ suis verbis ⁊ opibꝰ diuinis
ꝓpter miracula: q̄ vt quotidie ⁊ fre-
quēter corā eis i testimoniū ⁊ agni-
tionē sue diuinitatis faciebat: quo-
rum nullum nos corꝑali intuitu cer-
nimꝰ. Sola aūt fide tenemꝰ quicq̄d
circa institutionē tā salutiferi sacra-
menti est et actum a christo in terris.
Ideo nostra sumptio qua ipsum su-
mimꝰ sacramentū ⁊ deuotionis no-
stre exercitatio est maioris meriti q̄ꝫ
apostoloꝝ. quia vere caput cū pedi-
bus ⁊ intestinis voramꝰ: cum suam
diuinitatē ⁊ humanitatē occultam ⁊
absconsam. vt intestine abscōse sunt
cum alijs miraculosis operibus sub
specie panis credimꝰ. Est ⁊ alia dif-
ferētia inter apostoloꝝ ⁊ nostram cō-
munionē q̄ apostoli sumpserūt cor-
pus xp̄i mortale ⁊ passibile. quia ta-
le dedit quale habuit. Nos autē im-
mortale ⁊ glorificatū corpus christi
sumimꝰ quale habet in celo. Vn̄ et
nostra sumptio dignior: ⁊ vtinā no-
bis fructuosior semꝑ pro dei laude
existat. Deseruit ⁊ hoc qd̄ de sancto
legit Ludouico. qui cum quādam ec-
clesiam p̄teriret equitādo: alijs asse-
rentibus q̄ in tali ecclesia sacramen-
tum miraculosum haberet. in specie
videlicet carnis hostia cōsecrata de-
monstraret fidelibus. Respōdit san-
ctus hoc ꝓpter incredulos ⁊ in fide
dubiosos deus opatur: quibus ne-
cesse est vt hmōi miracula videant.
ego autē quia non dubito saluatorē
meū post cōsecrationem p̄sentē esse
huiusmodi miraculosis opibus nō
indigeo: semꝑ tamen sit deus bn̄di-
ctus in secula gloriosus. Ecce quo-
modo caput cum pedibus ⁊ intesti-
nis vorabat.

Sermo. vj. tractās de q̄r-ta figura huius sacri quo ad emanationē sanguinis et aq̄ de latere xp̄i.

V Nus militū lācea latꝰ eius
scꝫ a dextris apuit: ⁊ conti-
nuo exiuit sanguis ⁊ aqua
Jo. xix. Sumit thema ꝓ q̄rta figu-
ra quā magr̄ in sent. dist. viij. pꝰ ali-
as tres iā declaratas figuras tangit
Et sumit figura ex aptōe lateris vn̄
sanguis ⁊ aq̄ fluxit. Salutet virgo.
Dicat ⁊ caueat p̄dicator nō alit exp-
mere illud hostiū salutis qd̄ nobis
aptū fuisse euāgelista exp̄mit vt di-
cat aptū ⁊ nō vulneratū. cū ⁊ Aug.
dicat. Vigilāti aio euāgelista vsus ē
vt nō diceret latꝰ eiꝰ ꝑcussit aut vul-
nerauit: sꝫ apuit. vt illic q̄dāmō vite
hostiū pāderet vn̄ sacra eccl'ie ema-
nauerūt: sine qbꝰ ad vitā q̄ vera vita
ē nō intrat. Cōtinet p̄sens s'mo su-
per salutarē fluxū aq̄ ⁊ sāguis d' latē
xp̄i triplicē salutarem doctrinā. q̄ꝝ
p̄ma q̄ i noua lege ꝯuenietior figu-
ra nō dat q̄ꝫ sanguis ⁊ aq̄ emanatio
Secūda q̄ h' salubris emanatio fie-
ri nō debuit nisi a latē dextro et xp̄i
corꝑe mortuo. Tertia nō naturalis:
sꝫ miraculosa extitit h' salutaris ema-
natio ⁊ diuinitatis vtrobiqꝫ ꝯiūctio
Partes declarant ꝑ qōnes tres cū
certis ānexis difficultatibꝰ: q̄ꝝ p̄ma
ē. Quare ponat i nūerū figuraꝝ hic
sacer fluxꝰ. cū nō i veteri: sꝫ nouo te-
stamēto iam inchoato euenit. Scd̄a
cur de sacro xp̄i corꝑe mortuo iā in
cruce ⁊ nō viuo sanguis cū aq̄ efflu-

xit.Tertio an fluxꝰ ille salubris fuit
naturalis aut miraculosus.ꝛ an san
guis ꝛ aq̄ diuinitati erāt ꝯiūcta. Ad
pͥmā rñdet ꝙ qꝛ in p̄missis figurꝫ tri
bus sufficiēter illa tria q̄ in sacro ꝯsi
derāda sūt figurant.vt ē spēs extrīse
ca panis ꝛ vini.res intrinsece ꝯtēta:
vt xp̄i corpꝰ.ꝛ effectꝰ i sumēte causa
tus.cū pͥmū ꝑ oblationē Melchis.
fuit p̄figuratū.secūdū per agnū pa
schalē.sic ꝛ tertiū ꝑ māna.Et qꝛ eti
am figurā ꝛ vmbrā noue legis eē.ꝑ
ꝓrie ꝯuenit veteri testamēto.vñ illō
aplꝰ clamat. Oia i figurā ꝯtingebāt
supple patribꝰ veterꝭ testamēti. Et ite
rum vbi dicit ad Heb.x. Lex vmbrā
hñs futurorꝫ bonorꝫ. Ideo in p̄cedē
tibꝰ solūmō illis tribꝰ figura erat in
sistendū.Cū aūt magr̄ in textu illuꝫ
deificū fluxū sāguinis ꝛ aq̄ inter figu
ras enumerat. nec in textu assignat
causa:cū tñ non sine causa ipm h̄ fe
cisse credēdū sit. Ideo dicamꝰ ꝙ du
plici ex causa h̄ fecit. quarꝫ pͥma sumit
ex sufficiētia triū tēporꝫ.legis natu
re.scripte ꝛ grē. Secūda ex meritis
passiōis xp̄i.Cuꝫ eñ ex oi tpe mūdi
qd ad tria diuidit.s.in tps legis na
ture.legis scripte.ꝛ legis grē debuit
h̄ sacrm̄ p̄figurari ad h̄ vt oim possꝫ
xp̄s eē mediator ꝛ saluator:q̄ i h̄ so
lūmō sacro corpalr̄ ꝯtinet. Ido etiā
debuit ex oi lege aliq̄ figura desuire
Vñ qꝛ de lege nature posuerūt do
ctores figuram sacrificij Melchise
dech.et de lege mosayca esum agni
paschalis ꝛ māna. duas videlꝫ figu
ras ꝓpter rē ꝯtētā.s.xp̄m ꝛ eiꝰ effectū
quē causat i sumēte. Ido voluit ma
gister etiā de lege grē i textu aliquā
figurā tāgere. Et cū ꝯueniētiorē po
nere nō potuit q̄ꝫ sacrā illā emanati
onē sanguinis ꝛ aq̄.ideo illā posuit
Vbi si querit cur ꝯueniētior nō po
tuit poni:ꝛ an etiaꝫ alia q̄ circa chri
stum gesta sunt nomen et rationem
seu etiam ꝓprietatē figure potuerūt
retinere.cū tamē christꝰ dicat. Lex ꝛ
ꝓphete vsqꝫ ad Johem.quasi in Jo
hanne cessauerit lex vetus:dum in
choata fuit ꝑ eum quem p̄dixit ꝛ di
gito monstrauit.s. christū lex noua:
cessauerūt etiam omnes figure cir
ca christuꝫ.vñ dicere quis posset ꝙ eiꝰ
facta nomē figure nō debēt habere
Rñ.ꝙ quia de ratōe figure seu eius
ꝓprietate tria sunt.s. figuratuꝫ indi
care.figuratū p̄cedere vt vmbra pre
cedit vmbratum et figuratū:scilicet
corpus mysticū documentis infor
mare. Duo prima ꝓprie figuris ve
teris testamenti cōueniebant. terti
um factis ꝛ operibus christi.ꝓ fide
liū informatiōe cōgruit.ad qd illud
Grego.deseruit. Quicqd christus
gessit in terris disciplina morum fu
it.vt quod in signo crucis mori vo
luit:seu etiā ꝙ inter duos latrones:
quorꝫ vnus tm̄ saluatus fuit.et sic
de omnibus que circa christuꝫ acta
sunt. In figura enꝫ crucis mori vo
luit vt omnia ad se traheret. Vnde
et salubriter intonuit. Ego si exalta
tus fuero a terra oĩa trahaꝫ ad me
ipsum. Inter duos latrones mori ꝛ
in dextro pendenteꝫ saluari.quia et
in nouissimo iudicio dictuꝰ est his
que ad dextris erunt. Venite bene
dicti patris mei. Cum tamen a sini
stris audituri sint. Ite maledicti in
ignem eternum. Cessauit ergo lex ꝛ
ꝓphetarū dicta q̄ ad secundū.s.q̄ ad
vmbrā futuri xp̄o adueniente:et re
māsit tertiū cuꝫ pͥmo.s. salubrima eiꝰ

An ꝯueniētior figura ex noua lege poni potuit sup eucharistiā.

documenta in cunctis eius opꝫibus
⁊ doctrinis: qđ figure ꝓꝛelatez seu
exempli nomen cōgrue retinet. Ad
ꝓpositū qđ ꝯueniētioꝛ figura ex no-
ua lege haberi non potuit ad figurā
dū hoc sacramentū eucharistie q̄ꝫ ꝑ
emanationē sanguinis: ptꝫ. ꝙ cum
omnia sacramēta habēt efficaciam
a passione xp̄i. ⁊ in nullo alio sacra-
mēto p̄sentialr̄ habet sanguis chri-
sti in passione effusus. In nullo etiā
sacramento ita rep̄sentatur ⁊ ad me
moꝛiam reducit passio xp̄i. in cuius
etiam memoꝛiā christus instituē vo
luit cum dixit. Hoc facite in meam
cōmemoꝛationē. Ideo pꝛestantius
exemplūꝫ eucharistie exhiberi non
potuit.

Que neces sitas p̄figurationis eucaristie nouo testō ⁊c.

Qꝫ si q̄rit: que necessitas p̄fi
gurationis: cum iaꝫ in cena vltima
fuerat p̄cedenti die institutuꝫ sacra-
mētū: R̄n̄. institutio quidē facta fa-
cta fuerat. ꝫ eius efficatia sacramen
talis licꝫ sp̄ualis habebat in mūdo
non apparuit. Pꝛo illa ergo futura
sacramentali efficacia debuit p̄figu
rari in ecclesia. Et dicit sacramenta-
lis efficacia quādo sub spēb' sacra-
libus panis ⁊ vini erat celebꝛādū in
ecclesia. Sp̄ualis quādo mystica i-
coꝛꝑatio ꝑ fidē erat in ecclesia ꝑficiē
da. vt vbi fideles xp̄o tanq̄ꝫ capiti ec
clesie vniebant.

Quare nō sine aq̄ sanguis fluxit

Qꝫ si iteꝝ queritur:
cur sanguis cū aqua emanare debu
it: R̄n̄. ptꝫ ex iam dictis. quia eñ du
plex vnio mēbꝛoꝝ erant ꝑficiēda er
ga christū. scilicꝫ sacramētalis ⁊ spi-
ritualis. baptism' etiam dicit sacra-
mētū fidei. ideo ꝯuenieter hec duo
sacramenta post moꝛtē christi erant
p̄figuranda. Et tm̄ de pꝛima ꝑte ser-
monis. Pꝛo secūda ꝑte sermōis
super questionē: cur de christi coꝛpo

re moꝛtuo ⁊ non viuo sanguis ⁊ aq̄
emanarūt: R̄n̄. quia eñ vt dictū est
illa emanatio indicabat duo sacra-
mēta. s. eucharistiā ⁊ baptismū age-
re nostram salutē in virtute passio-
nis christi. Et q̄a passio christi oꝑa-
ta est nostram salutē non absq̄ꝫ moꝛ
te. ideo nō nisi post moꝛteꝫ saluatoꝛ
cōpleta iam satisfactiōe ꝓ culpa pꝛi
moꝝ parentū ⁊ omniū p̄teritoꝛū et
futuroꝝ culpis electoꝝ: qui in virtu
te illoꝛū duoꝝ sacramētoꝝ saltim ꝑ
fidem implicitā vel explicitā salua-
ti sunt ⁊ saluantur: p̄figurari debue-
runt.

Scd̄a pars ſmōis: q̄re đ xp̄i coꝛꝑe moꝛtuo ⁊ n̄ viuo emanarūt.

Verum si incidit deuota que-
dam difficultas: an nō passio christi
absq̄ꝫ sua moꝛte sufficeisset ꝓ nostra
salute. ⁊ si sic quare tūc cum amaris
sima sua moꝛte nos redimere volu-
it: R̄n̄. absq̄ꝫ dubio sua passio: imo ⁊
vna gutta deifici sui sanguinis effu-
si: iuxta mellifluū doctoꝛē Bern̄. ꝓ
nostra redemptōe sufficeisset.

Quare cū morte nos xp̄us redemit cuꝫ sua passio ad h̄ suffecisset.

Causa
q꜡ valoꝛē ⁊ efficaciā ad h̄ habuissꝫ ex
cōiuncta diuinitate vnde nō reputa
ta fuisset vt gutta puri hominis: sed
vt dei ⁊ homis. Sed quia ꝑ peccatū
pꝛimi homis homo incurrerat du-
plicē moꝛtē coꝛpoꝛis ⁊ anime. ideo
⁊ christus cum venerat ꝓ culpa illa
satisfacere: debuit ⁊ ꝓ duplici moꝛ-
te pati: ꝓ moꝛte coꝛpoꝛis inocētissi-
mā moꝛtem sustinēdo coꝛpoꝛaleꝫ: ⁊
ꝓ moꝛte anime innocētissimū ⁊ glo
riosum descensuꝫ in sua deifica ani-
ma ꝓ liberatiōe omniū animaꝝ pꝛe
teritoꝝ ⁊ futuroꝝ defunctoꝝ deo pa
tri offerendo. Vnde ⁊ infernum de
struxit: limbū scilicꝫ patrum a quo
null' deinceps detineri potest qui i
virtute illoꝝ duoꝝ sacramentoꝝ vir
tualiter aut sacramētalr̄ vt xp̄i mē-

brū suscipiēdo ab hac vita discedit. Unde de pma morte dicit Osee.ij. O mors ero mors tua. Et de secunda. Et morsus tuus ero inferne. Et illud apl'i. Absorpta est mors in victoria. Et si iterū cogitatio incidit: si ipe p corpali morte nostra satisfecit Cur ergo morimur? Rñ. q efficacia illius satisfactiōis non in psenti vita: s in futura resurrectiōe ad perpetuam imortalitatez nobis donabit. tunc eniz adimplebit. Absorpta est mors i victoria imortalitatis perpetue. Verstickt vnd vberbunden ist der tod in dem ewigen syg. Interim aūt corpaliter mori nos congruit. vt xpo cui9 mēbra sum9 cōformemur: cū z ipe mortu9 sit. Vex p tertia parte sermōis vbi quis quereret ad clariorez pmissorū intelligentiā: cur de dextro latere z non sinistro christi sanguis z aqua emanarunt: z an illa emanatio fuit naturalis aut miraculosa: z an cōiuncta diuinitate? Ad primū rñdet q cum p leuā pñs vita: z p dexterā futura designat. iuxta illud. Leua eius sub capite meo z dextera illius amplexabit me. Et emanatio illa significabat efficaciā passionis xpi p futura vita z nō presenti: cōgrue a dextro latere emanarunt. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis mater vtiqz hui9 vite mortalis. Et hic secundus adā inclinato capite in cruce obdormiuit: vt formaret secunda mulier mater ecclesia: generans filios ad imortalē vitam p lauacrū regeneratōis in virtute xpi passionis. vnde merito sanguis z aqua emanarunt. O mors vñ mortui reuiuiscūt quid isto sanguine mūdi9? quid hac aqua salubrius? quid hoc sacramento eucharistie dicam9 efficaci9? quid isto vulnere virtuosius? Augusti. super illo verbo. et cōtinuo exiuit sanguis z aqua. z magister sent. sui. iiij. distin. viij. de qrta figura hui9 sacramenti. Ad secundū: an fuerit flux9 miraculosus aut naturalis? Dic q miraculose pcuratus: sed cum naturali christi sanguine z aqua educt9. Estimat em q sanguis ille circa cor fuit coagulatus: quem etiam saluator retinere nō voluit: sed effundere pro nostra salute. Aquaz etiam purissimā z naturalē sicut retinuit i futurā emanationē: ita miraculose effudit. Et dicit miraculosa emanatio non cōtra aut supra naturā mortui corporis: sed pter nature facultatez accidisse: vt sic pcise a latere dextro emanaret. Ea etiam de causa qr miles qui apuit nō hoc vel illud intendebat. sed solū motus: vt si christus mortu9 non esset: cū alioz crura frāgebant vt eo citi9 morerent: ipse saluator etiaz per illā lanceationē obiret: diuina dispensatiōe tamē. vnde z miraculosa censetur opatio: vt veritas carnis hūane ostenderet cum pmissis figuris. Unde Johānes in sua canōica. Tres sunt qui testimonium: supple super veritatē humani corporis. dant in terra: spiritus. i. anima. aqua z sanguis. Unde naturales fuerūt humores. Ad tertiuz an fuerūt diuinitati vnita? Respōdetur q cū diuinitas vt Damasceñ. dicit in suo. iij. sentē. Hoc qd semel assumpsit nunqz dimisit. vnde sicut diuinitas mansit cuz anima in limbo z corpore in sepulchro. ita cū sanguine sparso in cruce. Et oppositu

Tertia ps sermōis.

An illa emanatō fuit nālis aut miracl'osa: z an diuinitati ɔiūcta.

An aq̄ z sāguis fuerīt diuitati vnita.

asserere vt semel tempore pape Pij quidã nitebant: pro heresi reputar. Concludēdo p vnã rem gestã deseruientē ad pmissum.

Exemplũ.

Duo germani: vnus clericus et alter litteratus erant in quodaz cenobio. Cum autez clericus tempus legendo et scribēdo deduceret quadã die fratrem suum laicum: interrogauit quomō tempus suum cōsumeret. Qui respōdit. Tres litteras didici ex toto et illas q̃tidie reuoluo: pcipue tempore missarũ in contemplatione sacramenti corporis et sanguinis christi. quarum prima est nigra. secunda rubea. tertia candida. dum inqreret illarum litterarũ nomina: respōdit. Prima est peccatoruz meoꝝ recordatio: que tanq̃ grauis sarcina me torquent et cruciant. Secũda est recordatio rosei sanguinis quem in cruce pro me misero peccatore taz abunde effudit vt nec guttaz in suo corpore retineret: imo et reseruatum in lanceatiōe militis effundere voluit. Tertia est desiderium celestiũ gaudioꝝ ex quibus cōsolationem recipio. Quibus auditis litteratus frater erubuit: et omnē suam scientiaz quasi nihil reputarã ingemuit: et in maiori deuotione vitam cōsũmauit. Sic plures simplices ingemiscũt: putantes litteratos multũ deo acceptos: cum tamē ipsi acceptiores si volunt per huiusmodi deo reddunt.

Sermo septim⁹: tractans de auctore et auctoritate instituendi sacra. et cur i numero septenario instituta sunt.

ficti qđ est inconueniens asserē. Et licet alij dicant ꝙ propterea nō erit fictio falsa. quia ſm Augustinum in libro de questionibus euangelij. cum fictio nostra refertur ad aliquā significationem non est mendaciū sed figura veritatis. Adhuc tamen replicant alij in oppositum ꝙ quia Augustinus concedit fictionem. licet in figuram veritatis. adhuc tñ fictio reputatur ⁊ ab infidelibus calumpniam pateretur fides si figura demonstrans presentiam christi nō esset eius vera forma. sed potius aliena. Ad secundā vero partem sermonis quo ad conclusionem qđ videlicet in sacramento altaris tantū ⁊ in nullo alio sacramento de⁹ operatur miraculosas operationes quo ad visum ⁊ gustum patet ex ratōne ⁊ ex exemplis sanctorum ac eorū dictis. Quia enim hoc sacramentū est fidei ministeriū id est pre cūctis alijs sacramentis continens altissimas speculationes fidei. vtpote nō solum humanum sed etiam angelicum intellectum transcendentes vt qđ totus christus vt in cruce pependit est sub parua quantitate hostie non excedens illius hostie quantitatem. Sed totus in tota hostia et totus in qualibet parte ⁊ plura alia vt patebit in sequentibus ibi fiunt cottidie miracl'a. Ideo propter sui difficultatem ad credendum deus operatur huiusmodi apparitiones tam ad visum ꝙ̄ ad gustum miraculosum. Vnde Pascasius papa vt recitat in suis sermonibus. Sctūs Tho. dicit. Si quis exempla ⁊ vitā sanctorum legerit non ignorat ꝙ in sacramento altaris aut propter dubitantes aut propter ardenti⁹ amātes. xp̄s se manifestare in forma pueri aut carnis sepe non obmittit. vt qđ lateret in mysterio patesceret in miraculo. Sunt ⁊ alie cause due. s. propter ardentius amantes ⁊ vt infidelium exprobrantiū confutetur temeritas. deduc ad placitum.

Scđa ps sermonis sup qōnē cur hmōi miraculose appītiōes fiāt a dō ⁊ sī tres cāe. s. fidei corroboratio. charitatis ostensio ⁊ infideliū ꝯfutatio.

Exempla.

Potest predicator resolut⁹ in gestis ⁊ miraculis sanctorum varia super precedentia narrare mirabilia i diuersis locis ⁊ per diuersos sctōs exibita que breuitatis causa obmittuntur. Capiat enim si voluerit que nouissimis iam temporib⁹ acta sūt patauie circa cruorem erumpētem ex perforatione hostie seu particule cuius cruoris vestia adhuc in cultro cernuntur cum quo iudeus quidam vt processus habitus ibidē in iudeorum punitionem continet ipsam hostiam salutarem perforauit vel capiant super miraculosum gustum de quo in sermone tactum est ex promptuario exemplorum vl' ex sermōibus discipuli de eucharistia vel ex cesarij dyalogo. in quibus varia narrantur de mirandis suauitatibus quos quidem vl' ex solo aspectu sacramenti aut eius sacramentali sumptione percepert que ad placitum manent predicantis cum iaz breuitati sit insistendum.

Sermo octauus ꝙ alique ymagines que apparent nō sunt imagines christi sed formantur circa colorē et figuram hostie.

S Acramentum regis abscondere bonum est &c. vt supra.

Cum ex precedentibus patuit documentis sepe contingũt miraculose apparitiones ymaginum. vl' quia formantur a bonis angelis in oculis videntium. vel quia vera christi humanitas que in sacramẽto continetur se manifestat in toto id est totali humana forma parua magna. vel in parte carnis aut sanguinis. vt vbi vinum consecratũ in calicem verteretur inuisibilem cruorez vel in hostia appareret carnis portio. Restat iam declarare tertiũ modum apparitionis ymaginum quando nullus predictoruz modorum formãtur sed ipa accidẽtia hostie vt est color figura seu rotũditas ad quasdam ymagines transformãtur. Sed salutetur virgo &c. Pñs sermo quia habet declarare vnum specialem modum apparitionis q̃rundam figurarum in sacramento altaris vbi qualitatiue dimensiões hostie. id est die zweysse farb d̃ hostien mit jr braytvñ leng verzvãdlet zvirt in gestaltnuß etlicher pyldung oder i flayschẽde oder blutige farb do von vil lerer schreyben. ammnistrabit duplicem salutarem doctrinam.

Prima q sepe accidentia hostie mutantur in varias species.

Scda q a sacerdotibus non ẽ sumendum dum durant huiusmodi miraculose species. Partes fundãtur super duas conclusiones ꝓpter duas questiones quibus per cõclusiones respondet fundatur. Nã sup questionem vbi querit in quib' casibus veritatem habeat modus ille apparitionis a doctoribus positus vbi qualitatiue & quãtitatiue dimẽsiones hostie &c. vt s. tactum est. mutantur in ymagines vel similitudines carnis aut sanguis. Datur hec conclusio q licet hic modus apparitionis de quo tractabimus possit saluari etiam in duobus modis apparitionum supra tactis per duos sermones tamen dici potest q saluatur etiam in specialivbi quedam extranee figure aut ymagines xp̃o vt in sacramento est non conueniẽtes miraculose apparent. Ad scdaz difficultatez vbi queritur. Quid faciendum sit sacerdoti in casu cuiuscunqꝫ apparitionis. An sub tali apparitõne sit eucharistia sumenda. Datur hec cõclusio. quia hoc sacramentum a christo sub nulla forma miraculosa. sed tm̃ sub panis ↄsueta specie fuit discipulis traditum et sic institutum. Ideo solum sub huiusmodi specie panis consueta est sumendum. Prima conclusio quo ad primam partem non habet difficultatem apud eos doctores qui nolunt concedere q xp̃s in propria forma se permittat intueri in sacramento. lz vt ꝓbatũ est nõ repugnat fidei etiã ẜz aliquos magnos doctores vt Alexandrũ de ales & suos secutores hoc defendentes qd̃ in propria forma tunc videatur siue vni siue pluribus ad breue vel ad longũ temporis spatium sic appareat. Tũ quia alijs hoc videtur incõueniẽs vt dictum est q xp̃s se permittat in sua forma intueri in hac vita. Tradunt q alium modum possibilez p quã huiusmodi apparitiones fiant scilicet per miraculosam conuersio

Diuisio sermonis sup duas qõnes & duas difficultates.

Miraculosa apparitõ fit interduz p immutatiõnẽ spẽruz panis & vini i ymagines aut colores carnis & sanguis.

nem qualitatis id est albedinis ⁊ ro
tunditatis hostie in alium colorem
rubeum aut ymaginis formam. de
qua iam tractandum est vt secunda
pars conclusionis tangit. Ideo ne
populus estimat doctores sibiinui
cem contrariari in factis fidei q̇ etiã
semper confortandus est. Dicam⁹
ꝙ hic modus apparitionis per im-
mutationẽ miraculosam spẽi figu-
re ⁊ saporis. panis saluatur optime
quando alique extranee figure que
xp̄o non ꝓprie conueniunt vt est in
sacramento apparẽt. vt vbi forma
agni vel forma beate virginis pue-
rum in brachio portantem aut sup
genua xp̄m de cruce depositũ baiu
lantem apparent. sic em̄ xp̄us in sa-
cramento non continetur vt mani-
festum est sed continetur vt sedet a
dextris dei. Oportet ergo hic cõce-
dere ꝙ hmõi ymagines cuz nõ sint
ꝓprie xp̄i corporis species qđ fiant
vel a bonis angelis formantes hu-
iusmodi species in oculis intuenti-
um. eo modo quo supra tactum fu
it in sexto sermone vel ꝙ fiant mira
culose per transmutationes circa q̄
litates ⁊ consuetas species pãis de
quibus iam mentio fit. verum cum
supra tactum est ꝙ tunc in ocul' vi-
dentium boni angeli formant visio
nes quando vni sub specie pãis cõ-
sueta sacramentum ꝓponitur ⁊ alii
ibidem existentis sub specie aliqua
miraculosa sub vna ⁊ eadem hora
⁊ non diu sic remanet species mira
culosa. Ideo dicere oportet ꝙ vbi
sic extranea forma apparet equali-
ter omnibus ⁊ diu perseuerat ꝙ tũc
modus ille de quo tractamus locũ
habet videlicet qđ fiant miraculose

immutatiões circa species seu colo
res ⁊ figuras hostie extrisecas. quẽ
modum vt clarius intelligam⁹ ge-
sta aliqua sunt ꝓponenda ⁊ post de
claranda. Nam Cesarius in dyalo-
go suo inter alia refert de quodam
sacerdote qui plurimũ dubius circa
sacramentum an ibi esset veruz xp̄i
corpus semel dum celebraret facta
consecratione ante sumptionem te
nens hostiam in manibus subito vi
dit in hostia formam agni. circũuol
uens aũt hostiam qđ naz ex altera
parte apparẽt vidit virginem bea-
tam puerum in manibus seu bra-
chiis baiulantẽ. Iterum denuo re-
uoluens vidit ymaginem xp̄i i cru-
ce pendentem semper nouis appa
ritionibus se obiicientibus. Anxia
tus super hoc ⁊ de sua in credulita
te dolens plurimum affectabat li-
cet petere formidaret vt ad pristinã
speciem rediret qđ etiam cũ factuz
fuit sumpsit ascendensq; ambones
cum lachrymis que sibi acciderant
cunctis enarrauit. Ad ꝓpositum vti
q; nostrum. si quis instaret quomo
do huiusmodi apparitiones yma-
ginum formabãtur certe dicẽ oportet
ꝙ cum ip̄e solus hec videbat ⁊ ne-
mo ex circũstãtibus qđ ministerio
boni angeli ex diuina pietate q̄ ip̄z
ab errore reuocare voluit formabã
tur visiones diuerse in oculis suis
manentibus tamen speciebus pãis
seu hostie quas alii videbant. sacer
dos autem minime eo ꝙ figuris il
lis occultabantur. Si vero ab om-
nibus equaliter vise fuissent ymagi
nes non extranee ⁊ per longuz tem
pus sicut sepe accidit ⁊ in scriptis
quarti sententiarum distinct. x. do-

ctores. dictum Gerimandi cuiusdã epi super sacramentum q suo tempore comptum fuit miraculosum allegant qd de multorum epoꝝ ꝯsilio illud inclusum fuit in pixidem ⁊ sigillatum hoc quod apparebat i specie corpis xpi. Certe fm Alexandrum vt supra de ales dici potest q vera xpi caro sic apparebat mõ quo s̃ tactum fuit. Si vero aliene species extranee vt superius sacerdoti factuz fuit apparerent ⁊ diu sic durarent ⁊ equaliter ab omnibus viderentur. Dici potest pro simpliciuz informatione. licet non scolastice q tunc qlitates hostie immutantur miraculose. Qr qualiter fit sunt duo modi dicendi. vnus petri de tharantasio. alius sancti thome. Sed quia popul⁹ talis doctrine non est capax obmittitur ad pñs. lector aũt iueniet si voluerit in eorum scriptis. iiij. sniarũ distin. x. de sacro miraculoso ⁊ tm̃ de prima pte fmonis. Pro secũda vero pte quid sacerdoti faciendum sit de sacro miraculoso ⁊ licet materia nõ defuiat nisi sacerdotibus tñ ⁊ laycis sicut in fidei corroboratio- nem ita ⁊ deuotõnis augmentũ deseruire potest. In questione g̃ An in tali casu apparitionis vbi videlicet sacerdoti post consecrationez appareret quecunq forma miraculosa etiam si non appareret circũstantibus nisi consueta panis specie sit sumenda ⁊ qdem licet conclusio superius posita dicat q non eo q xpi institutio ⁊ aplorũ cõmunio facta non fuit nisi sub consueta pãis specie. Quia tamen alicui posset videri q sic esset suméda eucharistia eo q cum sit semper cum deuotõe sumenda ⁊ talis apparitio multuz deseuit ad augmentum deuotionis. Ideo non repugnare videtur sumptio tali apparitioni. Item cum sacerdos tenetur integra sacramenta sumere aut ab integris abstinere de consecratione distinc. ij. Cõpimus. verbis Gelasij pape ⁊ sacerdos nõ habet aliam hostiam consecratam videtur q debeat sic sumere. Sed quia hec argumenta a doctoribus soluuntur. Ideo cauendum est sacerdoti a sumptione. Nam ad primum dicit sanctus Thomas i suo quarto sententiarum distincti. x. et similiter i tertia parte summe q cũ duplex possit esse deuotio. videlicet ad reuerentiam sacramenti aut ad eius sumptionem. Et miraculosa apparitio potius deseruit in excitationem deuotionis ad venerandũ hoc sacramentum ⁊ non ad mãducandum. ymo vbi in specie carnis cruentate appareret. Potius horror ad mãducãdũ incutẽt ⁊ sb ymagis spé ꝯpassio. Jõ argumẽtũ ñ cõcludit. Ad fm etiã cũ dĩ q nõ hz aliam hostiã ꝯsectã ad sumẽdũ. Dic p̃ fat⁹ doctor q in tali cãu sacerdos iterũ dz celebrare ⁊ ꝯsecratã sumẽ. Et si dicat q si iterũ appeat spẽs miraculosa vel etiaz tertia ⁊ quarta vice dicit. Quidam dicunt ⁊ bene q sufficit tũc spiritualis mãducatio nec per hoc fiet transgressor constitutionis ecclesie allegate quia est vnus singularis casus ⁊ leges de his que frequentius accidunt aptantur. Et addit sanctus Thomas in corpore questionis q quia vsus die yebung sacramenti debet respondere sacro sicut baptism⁹ cũ sit absolutio qd

Scda ps fmonis. An sacrm mira culosum sit sp refuãdũ ⁊ nõ sumendum.

originalis culpe congrue fit p aquã eo q aque proprie conuenit ablutio. Ideo congrue etiam hoc sacramentum sub specie panis debet sumi. eo q eius vsus est spũalis refectio sicut baptismus spũalis ablutio. Et hec sufficiant de sacramento miraculoso.

Exemplum superius fuit positum vel si addere vult inueniet vt supra tactum fuit in diuersis libris plura exempla.

Solum vt predicator valeat pplo vulgarisare terminos dicat q pm9 modus apparitionis vbi vni apparet miraculosa species aliq̃. vt ymago vel forma carnis aut sanguinis in calice. alteri non sed solum intuetur consuetam speciem carnis. Dicat qd hoc fiat ministerio bonorum angelorum qui vl nouas tles spẽs formant circa sacramentum vl educũt de memoria huiusmodi spẽs et offerunt primo sensui cõmuni et expost recipit ex fonti ymaginatõnis sensus exterior visus ac si essent p̃ntes Dicat etiam q non habet locum h ars prestigiosa magorum. trygnuß der funff synnen. q: talia fiũt a mal spiritibus in deceptionem et animarum seductionem. Scds mod9 fit vt dictum est quando corpus christi apparet vel pars eius in propria forma licet non glorificata omibus indifferenter et longo tempore quia hoc habet in potestate corpus glorificatum vt videatur sicut velit in toto vel in parte etc. vt dictum est. Tertius modus quãdo apparet in specie aliena vt agni vel beate virginis etc. vt tactum est. Dicat q tunc fit immutatio circa speciem panis et figurã. id est rotunditatem et etiam sepe saporem in gustu. Ita qd illa albedo mutatur in rubedinem vel carnis formam aut ymaginem que apparet et hoc fm Thom. fm vero petrum de tharantasia nõ mutãtur illa occidentia vt albedo rotunditas etc. sed manent et occultãtur per alias nouas species scilicet rubedinis aut ymaginis etc. et illis sic ammotis tunc apparent denuo consuete species et accidentia que prius obijciebantur sensibus et in istis stat sũmarie tota materia de sacramento miraculoso quantum populo est predicandum. fm vero q inter doctos scolastice huiusmodi materie ventilantur si quis inspicere velit tractatum quendam desuper collectũ qui et de miraculoso sacramento intitulatur per conclusiones et corerlaria plurima videat.

Sermo nonus secunde partis.

Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Johannis sexto. Quia intẽtio predicatoris. vt in principio huius secunde partis tactum fuit. vult habere vt post declarationem eorum que ad sensum pertinent visus vt ẽ sacerdos consecrans et species panis que videtur de quibus necessario vt dictum erat tractandũ fuit vt sic eẽntia corpis xpi iclusa tãq̃ foris intelligatur cum omnis nostra co-

gnitio intellectiua vt est cognitio fi dei ꝯ q̄ pn̄s ortū habet a sensu. Iđo tam de ipa essentia corpis xp̄i qualiter sit sub sacro tractandum ē. Salutet virgo ꝛc. Pn̄s sermo duas cō tinet saluberrimas doctrinas quaꝝ Prima ꝙ veꝝ xp̄i corpus ꝛ non similitudo eius contineat sub sacro est declaratiua. Scđa qualiter xp̄s sub duplici specie panis vini in altari dum eleuatur est latria adoranda. He partes habent duas q̄ōnes quaꝝ veritates fundāt super duas conclusiones q̄ etiā ꝯclusiones dāt intelligere. primo in generali essentiā ꝛ ꝑfectōꝫ ac dignitatē hui⁹ sacramenti. scđa eius venerationē ꝛ q̄stiones mouentur ꝑcipue prima a doctoribus in q̄rto sniaꝝ distinctōe. x. Vtrū corpus xp̄i sacratissimum et dignissimū sit vere ꝛ ꝑsonaliter sub specie panis seu hostie post ꝯsecrationem addat p̄dicator ꝙ similis interrogatio potest fieri de calice. An ibi sit post consecratōꝫ ꝛvandelūg. sanguis eius tm̄ vel etiā totus xp̄s. vt ē sub hostia panis. ꝛ dat sup p̄mā q̄stionē hec finalis conclusio a sanctꝭ doctoribus licet q̄dā heretici volebant ꝙ nō vere ꝛ ꝑsonaliter. ꝟ soluꝫ in similitudine ꝛ signo esset sub hostia post consecrationē xp̄i corpus putantes ꝙ nemo esset dignus tangere aut sumere ipm xp̄i corp⁹. tamen in oppositū est mens ꝛ institutio xp̄i. qđ oīno sub pena eterne dānationis. quilibet catholicus adultus habeat credere ꝛ ita adorare et venerari ipm xp̄m esse ꝑsonaliter p̄sentem sub hostia panis consecratione facta a sacerdote. Partes ꝯclusionis sunt tres. Prima repellit errorem damnabilem. Scđa exp̄mit veritatē credendā. ꝛ Tertia salutarem venerationē quomō videlicet sit veneranda ꝛ adoranda salutaris hostia. Videamus de singulis et p̄ vn̄ ille error habuit originem. Vbi notandū ꝙ licet ꝟm Bonauentu. in suo q̄rto sniaꝝ p̄fata dist. vt etiā conclusio tangit origineꝫ accepit ex eo ꝙ estimabant neminē esse dignū in mundo ad tangēdum ꝛ sumenduꝫ ꝑsonā xp̄i nihilominus q2 ꝑtinacit frefelich. hoc volebant defendē per falsas expositiones verboꝝ xp̄i ꝛ ꝯ̄ mentem vniuersalis ecclesie ꝛ sctōrum doctoꝝ. Ideo tanq̄ h̄etici fuerunt condempnati cū eoꝝ falsa doctrina. fuerunt aūt eoꝝ fundamēta triplicia. primo q2 eīm Ioh. xv. xp̄s dicit. Ego sū vitis vera. ꝛ scđo apl's .j. Coꝝ. xv. petra aūt erat xp̄s. Iteꝝ Ioh. vj. verba q̄ locutus sum spūs ꝛ vita sunt. Et spūs est qui viuificat caro nō ꝓdest q̄cq̄. Volebant isti heretici ꝙ xp̄s de suo corpe silitudinarie fuisset locutus sicut ꝙ eēt vitis ꝛ petra. Et sic volebant retorquere ad spiritualem sensum ꝛ sic decepti. Sed ꝙ false intellexerunt verba christi. hoc sic declaratur. Nam cum ꝟm beatum Augustinum in de verbis domini. Intellectus verborum christi. an figuratiue loquatur aut non. accipi debet ex precedentibus. aut sequentibus eius verbis vel ex alijs scripture locis. Et q2 illis verbis. Ego sum vitis. xp̄s statim subiunxit. Et vos palmites. et constat ꝙ discipuli non erāt palmites naturales sed tm̄ figuraliter. ita ꝛ ip̄e figuraliter fuit vitis id est vt signum vitis. Ideo ꝛ ei⁹ locutio erat

Marginal notes:

Diuisio sermonis i duas q̄stiones An sub hostia pāis sit p⁹ cōsecrationē verum xp̄i corpus vel solū silitudinarie.

Cōclusio p̄me q̄onis.

Pr̄ia pars ꝯclōnis.

ad similitudinem rerum q sic pal-
mes non facit fructum nisi manse-
rit in vite. Ita nec ipsi apostoli aut
aliquis fidelium sed arescit z in ig-
nem mittitur. Quando autem di-
xit. Hoc est corpus meum zc. qd
de vero z naturali suo corpore intel
lexit. patet per sequentia verba cuz
immediate subiunxit quod pro vo
bis tradetur supple in mortem. Et
sic super calicem dum dixit. Hic ē
calix sanguinis mei zc. statim sbiū
xit qui pro vobis effundetur. volu-
it vt itelligeremus de vero suo san-
guine effundendo z non similitudi
nario. Sic etiam ad secundum fun
damentum super verba apostoli.
vbi dixit. Petra autem erat christ9
ibi figuratiua fuit locutō q aposto
lus intelligere dedit cum premise-
rat. Bibebant autē omnes de spiri
tali consequente eos petra id est de
spirituali petra que erat christus in
quantum signabat christum. eo q
cuz bis percussus silex dedit aquaz
significabatur q percussio z vulne
ratio christi in cruce facta fuit diui-
nitati z humanitati christi quia ver9
deus z homo christus erat pendēs
in cruce. Tertium etiam fundamē
tum eorum inuenitur erroneum.
Iuxta magistrum in textu sententi
arum vbi dicit distin. x. quarti sentē
tiarum q cum prima heresis facta
fuit in discipulis christi propter ver
ba que dixerat. Nisi quis mandu-
cauerit carnem meam z bibit meū
sanguinem non habebit vitam eter
nam. Illi iudei non intelligentes
dixerant. durus est hic sermo quis
potest eum audire z abierunt retro
Illis discedentibus instruxit domi
nus duodecim qui remāserāt. Spi
rit9 est qui viuificat caro non pdest
quicq̄. Verba que locutus sū. spiri
tus z vita sunt. Ex quibus verbis
dum heretici volunt dicere q verba
xpi sint de spirituali signo. spiritua
liter intelligenda inquantum h cor
pus qd videbant oculis exteriorib9
non ita essent comesturi visibiliter.
vt videbant foris. sed spiritualit id
est inuisibiliter z sacramētalit eēnt
comesturi. Unde Augustinus su-
per predicta verba christi ipm qui-
dez z non ipm corpus q videbatur
manducatur ipsuz inuisibiliter nō
ipsum visibiliter. ac si dicatur. non
visibiliter in forma humana. sed in
uisibiliter sub forma panis sumit.
Et sic patet eradicatio erroris eo-
rum qui volebant christum solum
vt i signo esse sub specie panis. Unū Scda ps cō
ad secundum qd in conclusione po clusionis.
nitur. scilicet veritas credenda hec
sumenda est ex dictis sanctoruz do
ctorum. cum enim detestabile sit.
vt cecus viam videnti demonstrat.
Ita abhominabile est vt illiteratus
de veritate dubitet. de qua vidēs do
ctor non diffidat. Et quia sancti do Nota au-
ctores hanc veritatem catholicam ctoritates sā
demonstrant videlicet q vera z per ctor sup ve
sonalis p̄sentia corporis christi no ritatē sacri.
biscum sit hic in terris. Ideo audia
mus eorum dicta. Naz primo Au-
gustinus loquitur super Johannē
Hoc est qd dicimus q moduz om
nibus approbare contendimus sa
crificium ecclesie. duobus confici.
duobus constare visibili panis spe
cie z inuisibili domini nostri ihesu
christi carne z sanguine. Item Eu-
sebius nissenus. Inuisibilis sacer-

dos scilicet christus. visibiles creaturas scilicet panis et vini species in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate cōmutat. Item Ambrosius in de sacramentis. Panis est in altari vsitatus ante verba sacra vbi accessit consecratio de pane fit caro christi. Si dicis quomodo potest esse qꝫ panis fiat corpus christi. Dicimus qꝫ consecratione que fit christi smone. Item si tanta vis est in sermone domini vt inciperent esse que non erant quanto magis operatorius ē sermo. vt que erant maneant et i aliud mutetur. Rationibus autem si probare super auctoritates velim⁹ inuenimus quasi innumeras cur videlicet decuit christum. Sic presentialiter et sacramentaliter in suo glorificato corpore mānere nobiscū vsqꝫ ad consūmationem seculi. quarum alique tāguntur in octauo sermone prime partis huius operis. Vbi in secūda parte sermonis illi⁹ alique tanguntur rationes quas pdicator hic adducere potest. Addēdo etiam hoc qđ sequitur vt videlicet fides nostra aliquid haberet in quo in sūmo promereri posset. ex q̄ fides est fundamentum nostre salutis et principiū omnis meriti. Nā vt dicit Bonauentura in suo quarto eadem distinctione. x. qꝫ quia do conueniunt omni potentia sapientia et bonitas in summo debuit nobis relinquere in terris aliquid in quo predicta propter summum meritum acquirendum in summam eius laudem et gloriam relucerent. Hoc autem est eucharistie sacramētum. nam in hoc qꝫ primo panis in corpus xpi conuertitur in mult⁊ altaribus, et scdo qꝫ vnum sum corp⁹ habet in diuersis locis subsistere. et tertio qꝫ est tam magnum et integrū corpus in parua specie panis. que tria cum excedunt omnem potentiam creatam et omnem virtutem intellectiuam ostendit deus se posse supra omnem virtutem et operationem cuiuscunqꝫ creature. Ostendit et suam sapientiam in summo vbi hec omnia non solum in sui gloriā et laudem. verum et hominum salutem per decentissima media ordinauit monstrauit et suam bonitatē vbi tantum bonum quo nihil nobilius in celo et in terra inuenitur ratione diuinitatis et humanitatis sue nobis donare dignatus est. Plura inueniet predicator diligens in doctorum scriptis que negligens predicator non aduertet. Sed quo ad tertium membrum conclusionis videlicet qꝫ in conclusione tactum est scilicet adoratio et veneratio sacramenti recipiat predicator ea que in primo sermone prime partis tacta sunt contra multorum errorem qui modernis temporibus solum sub conditione volunt adorare: vtpote in eorum mente reuoluendo tacite vel expresse domine ihesu christe. Si tu es ibi in manibus sacerdot⁊, tunc adoro te alias non et dicunt qꝫ hoc sit necessarium ne adorans idolatriā ɔmittat. i casu quo sacerdos nō rite ɔsecrasset. Sed q⁊ hoc derogat firmitate fidei qui in h sacmēto requiritur. Item quia diminuit re-

Qꝫ nullo mō eucharistia ē sub conditione adorāda et sumenda.

nerentiam et deuotionem quam nemo titubans in se habere potest. sicut ille qui firmiter credit ibi esse christum presentem. ymmo etiam semper sub tali titubatione et dubietate animi haberet laycus sumere et sacerdos consecrare. et sic nunquam essemus certi de presentia xpi. ymo cum ibi presens esset adhuc haberet xps dubiosum sumentem et adorantem que omnia et plura alia inconuenientia que sequerentur cum sufficienter sint in quodam nostro tractatu quem in reprehensionem cuiusmodi erronei tractatus hec asserentis collegi reprobata acriter predicatores huiusmodi errorem reprehendant. Dicendo quod etiam in casu quo hostia non esset consecrata propter aliquem defectum contingentem adhuc adorans simpliciter et sine conditione. non committit ydolatriam tum quia adorat in fide ecclesie tum etiam quia non est sua intentio nisi xpm adorare. Prout sufficienter in ipso tractatu nostro declaratur. Sed quo ad secundam partem sermonis que occasionem sumit ex prima parte iam tacta pauca iam dicenda sunt eo quod in tertia parte operis latius de illis tractabitur scilicet qualiter xps adorandus sit sub specie panis et qualiter sub specie vini dum calix eleuatur. Quia enim iam in prima parte tactum est et probatum quod sub specie panis totus xps cum corpore et sanguine anima et deitate continetur et fidelis audiens missam et adorans xpm sub specie panis. Postquam cum eleuatur calix etiam debet adorare christum cum duo sibi ad mentem possent occurrere. videlicet an

Secunda pars sermonis

idem quod sub specie panis adorauit etiam sub calice debeat adorare. vel in calice. An solummodo sanguinem xpi debeat sub calice adorare et siquidem dicatur sibi quod eundem xpm quam sub specie panis adorauit. etiam in specie vini adorare debet. tunc statim occurrit sibi mente si vnus est vtrobique xps. quare tunc bis eleuatur et bis adoratur. Pro quorum omnium datur iam breuis doctrina et conclusio. Quod idem christus qui sub specie panis adoratur. etiam sub specie vini adoratur et non sanguis eius tantum. Ratio. quia cum continetur in sacramento sicut est in celo et in celo sunt omnia in simul scilicet corpus sanguis anima et deitas. Ideo etiam sic est tam sub panis specie quam etiam vini. Sicut etiam supra tactum fuit quod christus in cena vltima dedit discipulis tale corpus quale habuit scilicet passibile et mortale. Ita iam nobis dat quale habet in celo scilicet glorificatum. Unde vbi corpus eius ibi sanguis eius et econuerso et sanguis intra venas inclusus in corpore glorificato. et hec duo cum anima et deitate. quia sic existit in celo. Et si postea pia dubitatione pulsatur fidelis. quare ergo duabus vicibus eleuatur et adoratur. cum in calice sit christus sub specie vini. sicut sub hostia in specie panis. Et in calice inclusus sanguis intra venas corporis etc. vt dictum est. Respondetur quod quia in altari christus offertur iuxta morem oblationis factam ab ipso christo in ara crucis. Et in illa oblatione xpi due species fuerunt vise abinuicem distincte scilicet corpus in cruce

Qualiter xps adoratur sub specie panis et qualiter sub specie vini.

pendens. ⁊ sanguis fusus de corpe etiam in ꝓpria specie. Ideo ⁊ sacerdos recipit in memoriam illius sacrificij xp̄i. etiam duas species. vnā que occultare debet corpus xp̄i. vt fides nostra suū meritum habeat. ⁊ ne ab infidelibus videatur. alteram eius sanguinem occultantem. ⁊ ī̄o sic bis eleuatur et adorat. eo ꝙ xp̄s fuit eleuatus inter celum ⁊ terrā cū illarum duarum sepatione.

Exemplum mirabile super veritatē euchari. quā apes firmauerunt.

Refert cesarius in dyalo. ꝙ mulier quedam cum apes multas nutriret ⁊ ille nō augmentarentur. consilio habito ab antiqua quadaꝫ vetula dictum est ei. ꝙ si corpus dn̄icuꝫ iter illas locaret. mox lues illa cessaret. q̄ ad ecclesiam simulās. ⁊ corpus domini sumens. statim a sacerdote recedens. extraxit ⁊ in vno alueolo illud locauit. ⁊ ecce mira dei potētia. vermiculi creatorem suum agnoscentes. de fauis suis dulcissimis. hospiti suo dulcissimo capellā mire structure fecerūt. in qua altare eiusdē materie erigentes sāctissimū corpus super illud posuerunt. ⁊ bn̄ dixerit dn̄s operibus eoꝝ. Processu vo tp̄is cū femia p̄fata idē vasculū aperuisset et iam dictū oratoriuꝫ cōspexisset expauit. currensq̄ ad sacerdotem: confessa ē ei omnia q̄ egerat ⁊ viderat. Tūc ille assūmptis secū parochianis suis. ad vasculū venerūt. ⁊ apes conuolantes ⁊ in laudem sui creatoris tubisantes. tulerūt capellulā pieres fenestras tectū cāpanile. hostiū ⁊ altare. cum domini co corpe. ⁊ cuꝫ laude ⁊ gloria ad ecclesiā locauerūt. Ecce quō p̄fidiam mulierꝫ i sacramēto dubitātis ꝑ irrōnales creaturas. deus tam misericorditer redarguit. ⁊ in illa oēs falsos xp̄ianos q̄ veritatē dn̄ici corporis sb̄ specie panis credere nolūt q̄b⁹ vere dici pōt. interroga iumēta ⁊ docebūt te volucres celi ⁊ indicabūt tibi. Job. xj.

Sermo decimus secūde ꝑtis. Et ē introductorius supꝰ nouem signa diuine opationis circa hoc sacramentum.

Mirabilia opa tua dn̄e. et aīa mea cognoscet nimis. ps. cētesimo q̄dragesimooctauo. nimis id est magnifice ⁊ excellēter. Quia iā tractamus in hac scd̄a parte operis. de eo ꝙ hoc sacramentuꝫ diuinissimū in se continet. s. de xp̄o qui vt in precedenti sermone tractū est. totus continet. s. cum corpe sanguine anima ⁊ deitate. Et quia hoc ad credendū est valde difficile ⁊ supra omnē intellectuꝫ. Expedit hoc mirabile opus dei cum alijs sex mirabilibus signis diuine opationis. quantū humanus intellectus capere potest. declarare. Saluteꝫ virgo. qꝛ nouē solēt sancti doctores vt Tho. in suis sermōibus. de hoc sacramēto sanctissimi corpis xp̄i mirabilia signa diuine opationis enumerare. vtpote tria que statim fiūt ⁊ in ictu oculi circa cōuersionē substantie. s. naturalitatis panis in corpus sanctissimū xp̄i. ⁊ tria alia q̄ fiunt circa inhabitatione personalem xp̄i post conuersionem ⁊ tria que fiunt in ꝑ

k

ceptōe ⁊ sūptiōe salutifera ipi⁹ sacri
tū qꝛ multū gaudent breuitate mo-
derni ⁊ sepe auidius qui min⁹ suffi
cit. iuxta grego. in omel. quadā. idō
omnia illa mirabilia signa diuine
opationis que quotidie fiūt in alta
ri sic enumarabimus. qd tū etiā ef-
fectus salutares ipi⁹ sacramenti de
quibus in .iij. parte tangere promi-
simus includem⁹. Quare licet tria
mirabilia signa de⁹ opatur circa cō
uersionem vt ꝙ sub specie panis ē
verum xpi corpus. ⁊ scḋm ꝙ tota na
turalitas ⁊ substantia panis mutat
in corp⁹ domini. ⁊ terciū ꝙ ita mu-
tat. ꝙ tamē manet a foris accidētia
ꝯsal. vt albedo gustus sapor figu-
ra panis. diuina virtute suspēsa. cir-
ca corpus dñi inclusum. Hic tū di-
camus solū de duobus mirabilib⁹
signis eo ꝙ de primo in ꝓcedēti ser
mone tactum fuit. non aūt quō na-
turalitas seu substantia panis ꝯuer
titur in corpus xpi post cōuersionē
⁊ quō accidentia manēt. fundat er-
go pñs sermo sup duas saluberri-
mas doctrinas. quarū Prima ē ad
cognoscendū qualiter substātia pa
nis vertit in substantiā xpi corpor.
Secūda qualiter hec veritas possit
corrobarari signis ⁊ exēplis. Et hee
due partes declarātur p duas que-
stiones mirabilia signa diuine opa
tionis declarantes. Prima an glo-
rificatum xpi corpus ⁊ eius glorifi-
catus sanguis in altari fiat ex pane
id ē ex natura ⁊ subltātia panis seu
ex naturali substātia tam panis ꝙ̄
vini virtute sacramentaliū verbor.
Et secūdo an hoc mirabile signuꝫ
diuine potentie, cum aliis octo pos

Diuisio sermonis i duas qões miraclosas opatōnes declarantes.

sit in fortificationem fidei nostre ali
quibus gestis scripturarū probari.
Verū ꝙ pñs sermo est solūmō in-
troductorius ad nouē mirabilia si-
gna q̄ seqnt in seqntibus sermonib⁹
nouē in nūero ⁊ suis declaratōib⁹.
Et cuꝫ de sba panis an remanet vel
nō post cōsecrationē. nō ē locus de
terminādi inferius. sicut ad pñs. idō
iam expedit tangere. Quātū ad pri
mū ḡ qōem. dat hec cōclusio. Sic ē
de necessitate salutis. vt in ꝓcedenti
sermone tactum ē. credere ver xpi
corp⁹ glorificatū contineri in altari
post consecrationē. ita necessariū ē
credere ꝙ natura seu substantia pa-
nis. nō manet post cōsecrationeꝫ. ꝫ
ꝙ tota conuertit in naturā ⁊ substā
tiā xpi corpis. nō ita vt substātia na
turalis panis. a nobis sumpt⁹ ver-
titur in substātiā ⁊ augmentū nostri
corpis. ꝫ ita vt vbi erat natura pais
ibi adest natura ⁊ substātia xpi cor-
poris. cū sanguine aīa ⁊ deitate. Et
huic cōclusioni addit alia in fortifi
catōem fidei. sup annexā pme qstōi
difficultatē. licet nō debeamus affe
ctare aut querere possibilitatem et
modū ex rebus ylibus sup tam stu
pendā cōuersionem. ne fides in suo
merito frustret. tamē in fidei fortifi
cationē sacrar scripturarū gesta et
exempla sepe a doctoribus recitan
tur. Prima cōclusio quo ad primā
ptem satis pꝫ ex sermōe precedenti
ex qua ad placitum ꝑdicator repli-
care aliqua pōt. ꝫ secunda pars qd
etiā sit sub pena eterne damnatōis
inhibitum ne quis credat naturam
panis ibi post conuersionē sacralez
contineri, sed credere debet. ꝙ iā nō

An tota natura seu sbstātia pais cōuertatur in sbāꝫ xpi corpis ⁊ sic de calice.

Prima cōclusio

ſit. ſꝫ ſit ꝯuersa in naturã corpis xp̄i glorificati. Probatur primo ꝑ determinationẽ ecclesie. que iuxta. c. ad abolendam. de hereticis. mandat vt nihil sentiatur de sacramẽtis nisi sicut tenet sancta romana eccia sed illa tenet panem transsubstãtiari. id ẽ transitũ. seu cõuersionem fieri vnius substãtie in aliã. i. panis in corpus xp̄i. ꝙ patꝫ ex. e. Firmiẽ credimus. et simpliciter cõfitemur. de sũma trinitate ⁊ fide catholica. vbi dicit. Jhs xp̄s sacerdos est ⁊ sacrificiũ. cuius corpꝰ ⁊ sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis ⁊ vini continent. ⁊ statim sequitur. Transsubstãtiatis pane in corpꝰ et vino in sanguinem. potestate diuia

Nota ꝙmõ predicator debet ẽmi-nos expo-nere ad po-pulũ vt itel-ligãt natu-raꝫ seu sub-stantiaꝫ pa-nis in suis terminis

Uerum quia magna vis est. ⁊ sepe tam replicantur isti termini. nã substantia panis natura substãtia vini vt populus intelligat ꝙd sit cõuerti naturam ⁊ substãtiã panis ⁊ vini Dicat ꝙ isti termini sunt phoꝝ naturaliũ ⁊ non fidei. quia phs in decem predicamentis determinat de substãtia ⁊ accidente. Et dĩ substantia rei ip̄a natura. rei per ꝙ̃ res constituitur in suo esse ⁊ ꝓprietate. Nã manifestum ẽ. ꝙ color vini nõ extinguit sitim. ſꝫ vna natura seu proprietas. cum sapore qui nõ vident ⁊ dicũtur substãtia rei. hee fortificant ⁊ nutriũt sicut etiã de pane cuius albedo non nutrit. sed sapor ⁊ natura panis que non ab extra videtur. cũ solũmodo albedo panis videt ⁊ color vini. Et sic intelligunt fideles ꝙ̃ modo illa natura seu ꝓprietas ⁊ sb̃stantia panis que naturaliter habet nutrire seu in vino reficere. cõuertitur in substantiã xp̄i corporis ⁊ sanguinis. Nõ etiam additur cum fidelis credere debet. ꝙ iam scꝫ post consecrationem non sit natura panis suple sub specie alba panis. ꝓbatur per santum Tho. in suo q̃rto scripto sententiaꝝ dist. xj. in q̃stiõe. An substãtia panis remaneat post consecratõnem. vbi contra eos qui hoc nolebant defendere. ꝙ licet ibi in altari post consecrationem esset corpus xp̄i sub specie panis. tamẽ etiam ibi maneret natura ⁊ substantia panis. cum natura ⁊ substantia corporis xp̄i. dicit ꝙ hec opinio est heretica. et nõ solum inconueniẽs ⁊ impossibilis. eo quia ẽ cõtra verbum xp̄i instituentis sacramentuꝫ. Math. xxvj. vbi dixit hoc est corpꝰ meũ. ⁊ non dixit. hic est cor. m. Si aũt substantia panis maneret veriꝰ diceretur. hic est. s. cum pane corpꝰ meũ. Et licet Scotus dicat ꝙ possꝫ dici absq; heresi. hic est corpus meum. ⁊ hoc est corpus meum. demõstrando contẽtum. non panem. tamen nũq̃ probare potest Scotus ꝙ nõ sit heresis velle cõficere per illa verba. hic est corpus meuꝫ. plura alia deducit sanctus Tho. ꝓbando ꝙ nõ maneat substantia panis post consecratõem ſꝫ tota eiꝰ natura conuertie in naturaꝫ corporis xp̄i. Nõ si aliquis diceret. non esse necessarium talia populo predicare. quia etiam non intelligẽdo. an ibi maneat. vel nõ maneat sb̃a panis post cõsecratõem adhuc fidelit adorare põt. dũmõ credat xp̄m eẽ p̄ntẽ. post ꝯsecratõeꝫ. ſꝫ ñ. ꝙ veꝝ ẽ sine ꝑiclo adorat. Duplici. n. de cã expedit d̃ huiꝰ modi diuinis operibus discutere. Primo ꝓpter laudẽ dei. vt sic erga

Nõ an substantia panis remaneat pꝰ cõsecratõꝫ. determinat ꝙ ẽ hereticuꝫ asserere illã remanere

Nota quare necessarium ẽ de huiusmõi p̄dicare pp̄lo

veneratione tanti sacramenti deuotio fidelium amplius excitetur considerando tam stupenda signa diuine operationis. Et secundo sicut summe deo displicet sui ignorantia ita summe placet ubi in suis operibus pro nostra salute perpetratis agnoscitur. hinc vox illa prophetica. propterea captiuus abductus est populus meus. quia non habuit scientiam domini. Et iterum alibi. Quia tu repulisti scientiam. et ego repellam te ne fungaris mihi sacerdotio. Et illud ps. in verbis thematis Mirabilia opera tua domine. et anima mea cognoscet nimis. Et iterum meditabor in omnibus operibus tuis. et in factis manuum tuarum meditabor. Et tercio propter continuos in ecclesia pullulantes errores. unde ut patuit hereticum est asserere naturam panis post consecrationem remanere sub specie alba. et sic de vino habeat etiam predicator ad terminos aduertentiam. ut sic populo exprimat dicendo. hec mirabilia signa. diuine operationis et virtutis. Item semper cum excellentia verborum loquatur dicendo in naturam seu substantiam glorificati corporis xpi. seu diuinissimi corporis xpi. sanguinis anime et deitatis etc. quia hec verba non semper recitantur propter breuitatem ipsis tamen semper vtatur. Iam autem de secunda. q. annexa prime questioni agendum est. vbi tangitur. An in fortificatione fidei erga sacramentum. possunt adduci gesta et exempla sacrarum scripturarum Ubi notandum. quod querere fortificationem fidei per argumenta et exempla scripturarum potest fieri dupliciter. Uno modo cum peccato infidelitatis quod est maximum inter peccata. vt quando quis nullo modo vult credere nisi probentur sibi ea. que credere debet quia tunc habent locum dicta sanctorum Cessat fides vbi queritur argumentum. Et illud greg. in omel. Fides non habet meritum. vbi humana ratio prebet experimentum. Alio modo cum merito fidei vt cum quis congratulatur super fidei fortificatione. vel ex rebus physicis. seu philosophorum dictis. seu etiam ex sanctarum scripturarum dictis. estque sine huiusmodi fortificationibus paratus semper ad credendum. Et hac de causa sancti doctores varia adducunt exempla et gesta. tam scripture sacre quam etiam philosophorum gentilium facta. Et sic etiam xps per multa argumenta discipulis probauit suam resurrectionem. Unde et congratulabantur domino vbi dicitur. Gauisi sunt discipuli viso domino. Et sicut saluator propter difficultatem credendi erga suam resurrectionem. Uoluit illam multis argumentis declarare. non autem probare per rationes naturales. cum hoc non sit possibile. cum semper ea que fidei sunt naturalem excedunt meritorationem vt sic fides locum habeat in suo merito. Ita et omnia que tractabimus consequenter. cedunt in fidei fortificationem propter magnam difficultatem credendorum in hoc sacramento.

Scda pars sup qonem An in fidei fortificatoz sint exepla sacrarum scripturaz adducenda.

Exemplum ad cognoscendum xpm vere esse presentem in eucharistia cum ex illa deus sepe fuit allocutus homines etiam peccatores.

In thuringia prope saxoniam dum quidam plebanus corpus dominicum extra villam cuidam infirmo apportaret. meretrix stans non longe extra viam. in suo prostibulo. dum vidisset cepit cogitare penes se si fides xpiana esset vera. tunc iste est saluator mundi. quem

sacerdos in pixide portat. et iterum quomodo tanta mala. tunc in conspectu tanti dñi pperrauit. Qui tñ vt asseritur pro omibus peccatis mūdi tanta et innumerabilia tormenta sustinuit et sic nec incredula omino perstitit. nec tñ de venia impetrāda diffidauit. Diuinitus ergo inspirata ad hoc vt veritas sacramēti quo ad presentiam personalem xpi. i eo contentam patescēt compuncta relicto prostibulo. cucurrit per lutuȝ profundum veloci cursu ad sacerdotem. inquinata luto vsqȝ ad medietatem cruriū dixit. State domine sacerdos. quo stante ipa psternens se in luto ante corpus xpi ait. Dñe iesu criste. si tu es ille. qui p nostra redemptione natus fuisti de vgine passus et sepultus. ascendens ad celos. sedens ad dexteram patris. iudicaturus viuos et mortuos. Et si te talem psentem iste sacerdos portat in pixide. rogo te per tuaȝ ineffabilem pietateȝ. ignosce mihi peccata mea. Tūc dominus iesus respōdit. de pixide in latino. Et ego ignosco tibi peccata tua. et illa audiens vocē de pixide in latino ait. Domine. nō intelligo latinū. rogo te loqre theotunice. Et statim dominus locutus est de pixide theotunice. et ego recipiam te in gratiam meam. Hoc audiens conuersa mulier ait Et tu domine me recipis in gratiam tuam q̄ peccaui. in carne mea luxuriose oimō peccandi qui excogitari potest. Grās tibi ago bone dñe ihū. Et sic statim seculum reliquit et in bono et omni virtute proficiens salutarem finem accepit.

Sermo. xj. sup nouem mirabilia signa diuine opationis in hoc sacramento p totidem sermones. et primo super tria que fiūt in consecratione quorum primum est q̄ sub specie panis est verū xpi corpus post consecratione.

Mirabilia opa tua dñe. et aia mea cognoscet nimis. i. magnifice et excellenter &c. q̄a in pcedenti smone tactū ē qȝ ppter maximā āmirationē fideliuȝ sup tā mirabilia signa diuine opationis i hoc sacro. sancti doctores cōsueuerūt nō ppter seipos ꝫ ppter simplices. q̄ fortassis dubitare possent plā argumenta. silitudines et gesta scripturaꝝ adducere. vt sic fides in eis fortificet. Ideo iam ad hoc aggrediendū ē cū dei adiutorio. Salute virgo &c. Cū supra tactū fuit q̄ nouē q̄tidie mirabilia signa diuina potentia opatur in hoc sacro. iuxta qȝ sctūs tho. in suis smonib⁹ deducit. tria i ipsi⁹ diuini corpis cōsecratōe. tria in eiuisdē sub spēbus panis et vini inhabitatōne. et tria alia in ipius salutifera pceptōne. de singulis tractandū erit p sufficiētia argumēta et gesta scripturaꝝ. Erūt ḡ noueȝ ptes pncipales hui⁹ materie ad placitū pdicatoris manētes in smonū diuisiones. Tria mirabilia signa q̄ quotidie in cōsecratione hui⁹ sacramenti diuina opatur virtus omino credenda sunt. Primuȝ q̄ sub specie panis ē veꝝ xpi corpus. Scdm si q̄rit p quē modū hoc factū est. dē

ꝙ vtute cōsecratiōis q̄ mutauit na‑
turā ⁊ substantiā panis in sbam xp̄i
corporis. Terciū si q̄rit quid sit te‑
nendū de albedine panis. ⁊ rotūdi‑
tate ac sapore panis. Rn̄det ꝙ unt
accidentia sine subiecto diuina vtu
te diuinū corpus circūstantia. Alia
tria q̄ circa inhabitationem diuini
corporis considerant ē primū ꝙ to
ta magnitudo lōgitudo et latitudo
diuini corpis manet sub parua spe‑
cie panis. Sm ꝙ vnū ⁊ idē corpus ē
in pluribus locis. Terciū ꝙ licet sit
in pluribus locis. tamen p ptes nō
est diuisum. ꝫ manet in se coniūctū
Vltima tria que considerantur in
sumptione eiusdē diuini corpis est
primū. Q mirabiliter potest q̄tuor
modis sumi. s. sacramentum non sa
cramentaliter. sacramētum ⁊ sacra
mentaliter mirabile ⁊ spūaliter. Et
quarto spūaliter tm̄. Scōm sacrali
ter dum manducatur non minuit.
Terciū dum a peccatoribus sumit
non inquinatur. Et licet hec vltima
tria non eo ordine tangantur in ser
monibus sancti tho. Nolo tamē p
hoc derogasse eius sanctissime do‑
ctrine. cuius vtiq̧ nec discipulū me
recognosco. sed solum breuitati ad
instantiam confratrū q̄bus prolixe
deductōnes vident onerose insiste‑
re. pauca q̄dā ex aliorū doctorū dict
addo. vt si decimū mirabile signuꝫ
q̄s adderet quō vnū ⁊ idē corpꝰ tā‑
tam causat in recipiētibꝰ diuersita‑
tē. vt aliq̄ inde vitā aliq̄ inde mortē
recipiāt. cū tn̄ optimis bonis nemo
male vtit. Cū ꝫ hec mirabilia signa
ꝓbanda sint vt dictū ē in fidei forti‑
ficatōem. Et omnis ꝓbatio fit p tri
plicē modū puta p auctem. rōnem
⁊ gestorū siliū recitationē. in vulgari
durch bekantnuß der lerer bekant‑
nuß der vernūfft. Et tcio durch be‑
kantnuß der geschicht. begryffenn
in der heyligen geschrifft. dabit pre
sens sermo triplicem doctrinam su
per veram xp̄i presentiam in sacra‑
mēto q̄ꝝ Prima ꝓcedit a validissi
mis auctatibus sctōꝝ. Scd̄a ab ef‑
ficacissimis rōnibꝰ hoc persuaden‑
tiū. Tercia ab fortissimis exemplis
⁊ gestis sāctoꝝ. Vn̄ sup p̄mū mira‑
culum ab aucte ꝓbandū ē aduertē‑
dū. ꝙ cū Deutro. xix. dicatur. qđ in
ore duoꝝ vel triū testiū. stabit om̄e
verbuꝫ. Reuera sunt hic testes oīm
sanctorum. quasi innumerabilium
doctorum dicta. quibus contrariū
sentire esset simile ac si cecꝰ vellet vi
am videnti demonstrare. cum pleri
q̧ per infusam a deo sciētiam locu‑
ti sunt. iuxta illud. j. Pet. iij. Spiri‑
tusancto inspirāte locuti sunt homi
nes dei. Vn̄ si velit aliqua ex nouo
sermone p̄cedenti p̄dicator replica‑
re poterit. aut saltim q̄ secūtur inno
uare. Testis em̄ verax est sententia
Ambrosij. in libro de sacramentis.
vbi dicit. Panem istum quē sumi‑
mus in ministerio. vtiq̧ illum intel
ligo. qui manu spūssancti formatꝰ ē
in vtero virginis. ⁊ igne passiōis de
coctus in ara crucis. panis em̄ āge‑
lorum factus est cibꝰ hominū. Est
⁊ alius fidelis testis Gre. in omel.
Magnū atq̧ pauendū est misteriū
huius sacramenti quia aliud videt
⁊ aliud intelligit figura panis ⁊ vi‑
ni. videtur ⁊ faciente domino. corpꝰ
⁊ sanguis xp̄i intelligit. At hieron̄.
sententia ꝓ tercio fidelissimo teste.
An verba consecrationis est panis

Noue mi‑ racula aut decem huiꝰ sacramenti recitantur

Probō pri‑ mi miracu li ab aucte

Scd̄a pars sermonis

Probatio ratione

vsitatus post consecratōem verum xpi corpus. Probatio denique p rōz non quidem demōstratiuā. cuz illa fidem euacuaret. sed persuasiuā cre denti capiat predicator ex nono ser mone. huius secūde ptē. circa pmā conclusionem z eius secūdam ptez vel ex octauo sermone prime partē Per gesta sanctorū eadem veritas tanq̄ per innumera mirabilia. q̄ in diuersis mūdi partibus omni tem pore deus operatur. euidentissime cōprobatur. vnde Pascasi9 vt supra tactum fuit. Nemo qui sanctorꝫ vi tas z exempla legit ignorat q̄ sepe corporis z sanguinis xpi sacramen ta. aut pter dubios. aut certe pter ardentius amantes. in agni vel pue ri formā. aut in carnis et sanguinis colorez mōstrata sint. vt qđ latebat in misterio. patesceret in miraclō et postea subdit de duplici illa causa duo miracula. vnde dicit. btō enim Basilio die pasce diuina misteria ce lebranti hebreus qdam se sicut xpi anus populo cōmiscuit officiū vo lens explorare misterium. Qui vi dit infantem partiri in manib9 Ba silij. z cōmunicantibus omnib9 ve nit ipse z data est ei hostia. vere caro facta z seruans reliquias abijt i do mū suā narrans vxori sue. que pro prijs oculis viderat. Credens ergo ait. vere horribile z admirabile est cristianorꝫ sacramentum. In crasti no venit ad basilium. z baptisatus est cum omni domo sua. Conseque ter pter ardentius amantes. que sibi cōtingūt recitat dicens. Quidā presbyter z erat egidius nomine re ligiosus valde. Qui cum sanctā du

Probatio ab exēplis z gestis san ctorum

ceret vitam cepit sanctis precibus pulsare deum vt sibi ostenderet na turam corporis z sanguinis xpi. ve nit ergo dies. vt idez more solito. di uina celebraret. z post agnus dei p cūbens genib9. Creator inquit z re demptor omnipotens deus. pande mihi exiguo. in hoc misterio natu ram corporis xpi vt mihi liceat euz prospicere i forma pueri. quez olim sinus matris virgineus tulit vagiē tem. Et ecce angelus eundē de ce lo veniens affatur. Surge pere. si xpm videre placet. adest psens cor poreo vestibus amictu quem sacra puerpera gessit. Ac presbyter paui dus. vidit super aram puerum sedē tem. Cui angelus. quia xpum vide re placuit. quem sub spē panis ver bis ꝯsecrasti misticis. nūc oculis in spice. z tracta manibus. Tūc egidi9 celesti munere fretus. q̄ mirum di ctum est brachijs trementibus pu erū accepit. z pectus pxiū xpi. pe ctori suo iunxit. Deinde profusus in amplexuz dat oscula dulcia deo z suis labijs pressit pia labia xpi. q bus ita peractis. restituit puerum i altari. z rursuz humo prostratus de precatur dominuz. vt dignetur ipse verti in pristinam formam et sur gens inuenit corpus christi in for mā remeasse priorem. z sic sub spe cie debita cōmunicauit eidez. Su per quod miraculum si predicator velit declarare q̄ hic apparuit xps i pria forma put supi9 in septio ser mone huius scđe ptis tactuz fuit z nō fuit imutatio scā solūmō circa vi sum. de q̄ apparitōe z cl9mō tangit in. vj. smōe. vt quū vir apparet i spē

miraculosa. ⁊ alteri in forma cõsue-
ta panis. ⁊ non diu. nec etiam locū
habet. Tercius modꝰ qui tangitur
in octauo sermone. quando videli-
cet apparet in specie aliena vtputa
ymaginis crucifixi. aut beate virgi
nis puerū tenētis in vlnis. aut agni
qꝛ sic nominaꝫ aliena species a xp̄o
cum tali modo non contineaꝫ in sa
cramento. cum corpus eius sit glo-
rificatum. ⁊ sic sacramentaliter con
tinetur. ꝙ si dicat corpus glorifi-
catum habet in potestate sub tali vl'
tali forma apparere. scilꝫ ymaginis
crucifixi vel agni. signāter cum ipse
egidius petijt vt saltim sꝫ agni for-
ma xp̄m videret. Rñ. ꝙ licꝫ corpus
glorificatum se potest offerre visui.
sub quacūqꝫ forma etiam aliena. qꝛ
tamē solūmodo accidentia panis
vt albedo ⁊ rotunditas hostie tūc i-
mutatur in hmōi formas. ꝫm Tho.
vel saltim occultantur. seu circūfun
dūtur miraculosis formis ꝫm Pe.
de Tharañ. non ꝙ sint species veri
corpis xp̄i in quo cõmuniter omēs
concordant doctores. Hic autē ex
duobus constat. ꝙ hic xp̄s apparu
it in ꝓpria forma. sctō egidio. Prīo
ex eo ꝙ ita petijt. vt ei liceret illum
in sui natura conspicere, quē sinus
virgineus olim vagientem tulisset.
Secūdo ex verbis angeli. cum sup
hoc certificantis cum dixit. Surge
xp̄m intuere quem sacra puerpera
gessit. Et ideo semper verba rei ge-
ste sunt bene aduertenda. Nec pro-
pter hoc xp̄s de celo habuit descen-
dere. sed ip̄e sacramētaliter existēs
sub specie panis. postea sub specie
miraculosa seip̄m vere exhibuit in
sui natura glorificata.

Sermo. xij. ⁊ ē diuisio ser
sermōis ad placitum cū the
matis resumptione sup secū
dum miraculum. s. cõuersio-
nis sub specie panis in sub-
stantiam xp̄i corporis.

S Uper secūdū vo mirabile si
gnum ꝙ in consecratione di
uina potētia operatur cum sit
iuxta premissa. ꝙ tota naturalitas
seu substantia panis conuertitur in
naturalitatem ⁊ substantiā xp̄i cor-
poris glorificati. ⁊ vtaꝫ ꝓdicator il-
lo termino ylitatis. quia vulgare su
um magis exprimit eius differenti
am ab accidētibus panis. Saluteꝫ
virgo. Notanduꝫ ꝙ pn̄s sermo sup
secundū mirabile signū eucharistie
duas dat saluberrimas doctrinas
quarū Prima declarat transsubstā
tiationē. i. transitū substantie panis
in substantiā xp̄i corpis. Secunda
fortificat eādem mutationem mira
culosam per triplicem cõuersioneꝫ
nature gr̄e. humane ⁊ artis. Decla
ranꝫ hee partes triplici via ꝓbatio-
nis supra enumeratis. s. ab auctori-
tate. rōne ⁊ similitudine reꝝ gestaꝝ
in sacra scriptura. Miraculū ꝯuer- Probatur miraculosa ꝯuersio ab auctē
sionis ꝓbaꝫ ab auctoritate omniū
doctoꝝ in eoꝝ scriptis sup. iiij. senꝫ.
